straszna w wiecznosci, y wielkoscia męk piekiel-
nych iak iest długa w wiecznosci nigdy nieskoń-
czoney, tak nade wszystko przykra z nieprzer-
wanego nigdy ani na moment udręczenia.
Dla czego Swięty Augustyn tę karę nazywa
tak wielką, iak iest sam Bog wielki; bo iako wiel-
kosci Boga poiąc nikt nie potrafi, tak też szkody
w utraceniu Jego nie wielki nikt nie nadgrodzi.
Ach! gdyby teraz kaimowi pozwolone było z męk
piekielnych powrocenie do życia, przeboga cożby
czynił: iakby pokutował, ato gdy go on
tego szczęścia nie będzie miał na wieki, a my
go mamy, starayże my się przez wszystkie
dni życia naszego tak postępować w cnoty
wsz[illegible], azebyśmy [illegible] żyli na [illegible]
[illegible] pełne [illegible] ententenią [illegible]
[illegible] wielkiego

2

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO JURIDICA
de Prælatis & Canonicis,

ex c. Dilectus. 19. c. Licet. 32. de Præbend. & Dignit. ex c. Statutum. 11. de Rescript. in 6. juncta l. Jus Senatorum. C. de Dignitat. & l. Hac nostræ mansuetudinis. C. De Præpositis Sacri Cubiculi.

ſub Protectione

CELSISSIMI PRINCIPIS

Jlluſtriſſimi, Excellentiſſimi & Reverendiſſimi Domini, Domini

CAJETANI SOŁTYK

EPISCOPI Cracoviẽſis, DUCIS Severiæ, EQUITIS Aquilæ Albæ, Studii Generalis Univerſitatis Crac: CANCELLARII Favẽtiſſimi,

per

M. JACOBUM MICHAELEM MARCISZOWSKI,

Utriusq; Juris Licentiatum, Eccleſiarum, Cathedralis Cracovienſis Electum Canonicum, Collegiatæ OO. SS Crac: Primicerium, Parochialis in Koniuſza Curatum, Ordinandorum & Approbandorum Examinatorem, Judiciorum Jllmi Conſiſtorii Generalis Crac: Aſſeſſorem, Coloniæ Academicæ Tarnovienſis & Contubernii Jurisperitorum Proviſorem.

Pro obtenta in Utroq; Jure Licentia,
publicè ad diſputandum,
In Lectorio Collegii CC. DD. Jure-Conſultorum,

EXPOSITA.

Annô Domini MDCCLXII. die 12. Menſis Octobris.

CRACOVIÆ Typ: Semin: Episc: Acad: Diæc:

Ex ordine Statuum, Officiorum, Graduum exornatur Militantis Ecclesiæ Monarchia, & unitatis concordia servatur, imitando pulcherrimum illum ordinem, constabilitum in Ecclesia Triumphante; ubi novem sunt Angelorum Chori, alius alio superior & honoratior, & in Sanctis sunt ordines dignitatum, & unus alium præcellit. *Belem. in c. Statuimus. de Majorit. & obedient.*

Humillimus Christus Redemptor diversos gradus constituit, scilicet Discipulos, Evangelistas & Apostolos, quorum gradus excellentior erat, & quamvis post extremum diem cessabit omnino lis de præcedentia, quoniam quivis pro sua capacitate gloriosus erit, tamen non desinet majoritas & ordo mansionum. *Can. Jn domo. Dist. 4. de pœnit. Mars. de red. Eccl. cap. 10. n. 10. Surd. de alim. tit. 4. q. 18. n. 72.*

Præcedentia spectat ad Jus publicum, & provenit à Deo, à natura, à lege. A Deo, nam ea quæ sunt ordinata, à Deo sunt. A natura, quia ipsi naturæ repugnat, omnes de universitate eodem gradu consistere. A lege humana, nam lex in honoribus jubet quarumlibet personarum ordinem, gradumq; esse servandum, & proprium est legis rationabiliter & ordinatè statuere. Quocirca homo honorem suum & famam à virtute procedentem negligere non debet, nec pati, ut honor suus respectu gradus, parvi pendatur. *Fran. Ceccoperius in Bibliotessera sive Stella Canonicorum lib. 1. n. 12. ibiq; DD.*

Non est pro parte Canonicorum censenda vana, insinuata prætensio sive defensio præcedentiæ & honoris, sed potiùs rationabilis, laudabilis ac necessaria, ad civilem Politiam conservandam. Canonici enim ùt majores, anteponendi sunt cæteris de Clero ùt minoribus, in omnibus iis, quæ sunt magis honorabilia. *Jdem Franc. Ceccoperius loc. cit. n. 19. & 103.*



QUÆSTIO JURIDICA

De Prælatis & Canonicis.

U. Prælati & Canonici Cathedraliũ in suas Dignitates & Officia distincti, Authoritate, Potestate & specialibûs Prærogativis tam in Statu Politico quàm Ecclesiastico seu Spirituali insigniti, ob fructus Optionum, Distributionum Præbendarumq; suarum, quos percipiunt; Choro, Capitulo, & Divinis præsentes adesse, præscriptisq; à Jure qualitatibûs excellere & præeminere sint adstricti? nec ne?

CONCLUSIO I.

PRælati & Canonici Cathedralium in ſuas Dignitates & Officia diſtingvuntur. (a)

COROLLARIUM I.

PRÆLATUS ſtrictè ſumptus ille duntaxat dicitur, qui in Eccleſiaſticis Jurisdictionem contentioſam habet; (b) latè verò comprehendit Epiſcopos, Abbates, Priores, Archipresbyteros, Archidiaconos, & alios usq; ad ſimplicem Curatum. (c) Prælaturæ in Cathedralibus idem ſonant, quod Dignitates Eccleſiaſticæ, aliquam adminiſtrationem vel Jurisdictionem præſeferentes; (d) propriè enim accepta Dignitas in imperio & poteſtate conſiſtit. (e) Inſtitutæ ſunt hujusmodi Prælaturæ ſeu Dignitates maximè ad augendam & conſervandam diſciplinam Eccleſiaſticam, ut qui eas obtinerent, aliis exemplo eſſent, aliosq; virtute & eruditione præcellerent, atq; Epiſcopum operâ & officio ſuô juvarent; (f) unde qui ad eas vocantur, tales eſſe debent, qui ſuo muneri reſpondere poſſint; (g) ſed de his fuſiùs infra.

COROLLARIUM II.

NOmen CANONICI à *Canone* ſeu Regula ſeu Statuto dictum eſt, (a) hinc Canonicari idem eſt quod juxta Sacros

cros

(a) Franc. Ceccoperius *in Bibliotesſera ſive Stella Canonicorum.* & cc. Canoniſtæ.

(b) Abbas *in c. 2. de Iudiciis.* (c) *arg. c. 2. & fin. De ſuppl. Prælat. negl.* Valens. *Lib. 1. tit.* 10. (d.) Abbas *in c. De multa, n. 21. verſ. communiter tamen. De Præb.* Cavaler. *decis. 949. n. 7.* (e) Archid. *in c. 1. De Conſvet. in 6.* (f) *Can. Quoscunq;* 1. *q.* 1. (g) Conc. Trid. *Seſſ. 24. de Reform. cap. 12.*

(a) *Can. 1. Diſt. 3. Barb. Tract. de Dignitat. & Canonicis Cap. 1.*

cros Canones vitam traducere (b) originativè enim Canoni-
ci fuerunt ipsi Clerici in Minoribus constituti, qui cum suo
Episcopo sub certa regula & in communi viventes, injuncta
sibi ministeria in Templo explebant; (c) unde sicut in Scho-
la Pythagorica, qui primas partes in judicando tenebant, di-
cebantur *Harmonici*, ita in Schola Christi quæ est Ecclesia, Cle-
rici primi Ordinis, digniorisq; gradus, nuncupati sunt CA-
NONICI. (d) Succesivè verò hujusmodi Ordini Clericorum
Sacer Ordo adjunctus, in quo constitutis Canonicis certæ Præ-
bendæ ex fructibus Ecclesiæ assignatæ fuerunt, ut sic honori-
ficentiùs fierent FRATRES EPISCOPI ET CONSILIARII E-
JUS, (e) efficerentquè cum Eo unum quoddam Corpus, con-
silium & auxilium in pertractandis Ecclesiæ negotiis impen-
dendo; (f) nam & olim Canonicorum Collegium sive Corpus
cum ipso Episcopo, dicebatur Consilium Episcopi; [g] ho-
die verò vocatur Capitulum à Capite, sub quo regi & con-
gregari debet ad præbenda consilia; quod Caput non est ali-
ud, nisi ipse EPISCOPUS. (h) Sunt autem duo genera Ca-
nonicorum; Unum *Regularium*, qui Communi vitæ pauperta-
tis quoq; votum adjungunt. (i) Alterum *Sæcularium*, qui
præter Communia bona, ipsi etiam singuli aliquid proprium
obtinent, & vocantur simpliciter Canonici. (k) Est quoq;

 Cætus

(b) Ivo Carnoten. *Decretor. Collector. Epist.* 203. *ibi:* Canonici appellati estis, quôd Cano
nicas regulas vos velle observare, cæteris arctiùs devovistis: (c) *Conc. Turon.*
cap. 23. Azor. *Instit. Moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *Can. Dilectissimis.* 12. *q.* 1. *Can.*
in Omnibus. de Consecr. dist 1. *Conc. Mogunt. Tom. III. cap.* 9. *ibi:* Decrevi-
mus ut Canonici Clerici canonicè vivant, observantes Divinæ Scripturæ
doctrinam & Documenta SS. Patrum, & nihil sine licentia sui Episcopi vel
Magistri eorum, incompositè agere præsumant. (*d*) Barb. *l. c. cap.* 1. *n.* 3.
(*e*) c. *Novit. De his quæ fiunt à Prælat.* Rot. *in Cæsaraugustana. Synodi* 13.
Febr. 1626. *coram* R.D. Coccino Decano. *ver: & hæc Sententia.* (*f*) *Can. Si quis*
vult. 16. *q.* 7. *Can. Exceptione.* 12 *q.* 2. (*g*) *Can. antepen.* 12. *q.* 2. *& gl.* 1. (*h*) *d.*
c. *Novit.* c. *Cum Clerici. de Verb. signif. & d.* Rot. *Cæsar aug.* (*i*) *Can. Nullus. Can.*
Mandamus. 19. *q.* 3. c. *Sanè. De Regular.* c. *Quod* DEI *Timorem.* c. *Singulis. de*
Statu Monach. & Canonic. (k) Joan. Molan. *in Tract. de Canonicis & eorum*
Vita. lib. 1. *per tot.*

Cœtus mulierum, quæ vulgò *Canonissæ* dicuntur, exemplô sæcularium Canonicorum viventes, proprio non renuntiantes, professionem non emittentes, nec strictam clausuram servantes, imò pro libitu Matrimonium contrahere valentes. (l) Institutum hoc quondam improbatum fuit, & jussum, quatenus aliquam vivendi normam seu regulam Monachalem sibi deligeret, [m] tamen de Jure Communi non reprobatur. [n] Præbendas quidem ex fundatione retinent, sed ita temporales, ut expertes sint cujusvis Spiritualitatis, per consequens & Simoniæ. [o]

COROLLARIUM III.

ECCLESIÆ aliæ Cathedrales, aliæ Collegiatæ quasi à Collegio, seu colligendo seu coeligendo dictæ sunt. [a] Cathedrales ex eo dicuntur, quòd in iis præter Collegium, Cathedra Superioris seu Sedes Prælati existat. [b] Hinc omnis Cathedralis Ecclesia, potest quoq; dici Collegiata, quia Prælatus & Canonici Collegium seu Capitulum facere censentur, [c] sed nequit è contra dici; omnis Collegiata est Cathedralis. [d] Solus autem Summus Pontifex ad augendum Cultum Divinum potest erigere Ecclesiam in Cathedralem, [e] vel Cathedralem in Metropolitanam, [f] servatîs his conditionibûs: *imò*, ut ille locus habeat populum nobilem & numerosum

(l) Honorius III. c. *Cùm dilecta. De Majorit. & Obedien. &* gl. *verb. Canonistas & verb. Provinciarum.* c. *Indemnitatibus.* §. *Supradicta. de Elect, in 6.* (m) c. 1. *De Relig. Dom.* Antsepius *de Canonicis fœminis in Epist. Juris Veter. Pontific. tom. 1. lib. 9. tit. 59.* (n) *arg. Clemen. 2. De Statu Monach.* Rota *in Nullius sive Tullens. Jurisdictionis 29. Julii 1624.* (o) Tambur. *de Jure Abbatiss. disp. 7. q. 4.*

(a) *arg. l. Collegarum ff. De verb. signif.* (b) c. *Statutum. de Rescriptis in 6.* c. *Ne pro defectu. de Elect.* (c) c. *Novit.* c. *Quando. De His quæ fiunt à major. part. Capit.* (d) Anton. Fabric. *in Prax. Benefic. tit. de Benefic. Cathedr. Collegiat. n. 3. & 4.* (e) *Can. Præcipimus. 16. q. 1.* Rebuf. *in Prax. benef. tit. de Erect. in Eccles. Cathedr. n. 1. & 5.* (f) Barbos. *de Offic. & potest. Episc. par. 3. Alleg. 68. n. 8. item de Jure Eccles. Univers. lib. 1. cap. 2.*

rosum. *2dò*, ut ille populus habeat nobilitatem in honestate morum. *3tiò*. ut ibi sit copia Sacerdotum, nè Sedes Episcopalis vilescat, [g] *4tò*. nè remaneat sine Diæcesi. [h] Quapropter Ecclesia Cathedralis, ob honorem Cathedræ Episcopalis, quæ ibi est appellatur, [i] & quia penes eam est Cathedra, in qua Magistrorum magna dignitas designatur, [k] Cathedra quippe propriè accipitur pro sede Doctoris ac Prælati, uti Ecclesia Romana accipitur pro Cathedra Petri. [l] Nomine quoq; Ecclesiæ, sine ulla expressione alicujus Sancti, secundùm sensum Interpretum Juris, & secundùm antiquum stylum Curiæ Romanæ, tanquam antonomasticè sumpta, intelligitur Ecclesia Cathedralis, (m) intitularîq; debet sub Nomine Diœcesis, non Sancti. (n) Patroni Ecclesiarum Cathedralium sunt quidem Reges & Principes, quantum ad Protectionem, sed non quò ad Electionem vel Præsentationem; (o) ut enim jus præsentandi Episcopos competat Regibus, necessarium est ad id Privilegium Apostolicum, quale etiam Regibus Poloniarum concessum est. (p) Deniq; Ecclesia Cathedralis dicitur Parochia totius Civitatis & Diœcesis, (q) ideo Collegiatam honore & dignitate superat, (r) Clericîq; omnes Diœcesis, Eidem obedientiam præstare debent. (s) In Erectione Cathedralis determinatur numerus Canonicorum saltim duodenarius, aliàs tot, quot pro servitio Ecclesiæ satisfacere possunt, & ut Episcopus commodè Divina cele-

 brare

(g) Isid. Moscon, *de Majest. milit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 15. (h) Lotter. *de Re benefic. lib.* 1. *q.* 11. (i) Rebuff: *in Concord. tit. de Collat.* §. 1. *verb. Cathedralis* (k) Tostat. *& Hieron. super Math. cap.* 1. (l) Joan Scotanus *contra hæreticos. Interrog.* 5. *de Primatu Petri & Romanæ Eccles, fol.* 87. *vers. Subjiciam.* (m) Menoch. *in c. Quamvis. de Præbend. in* 6. (n) Aloys. Ricc. *in Collect. Decis. Col.* 2483. *vers. Item Appellatione Ecclesiæ.* Rota. *decis.* 353. *Cæsaraugust. Cathedralitatis.* 1. *Mart.* 1630. (o) Aeton. Corset. *in Tract.* de *Potest. Regia Volum.* 12. *q.* 34. Roch. de Curte de *Jurepatr. verb. in Ecclesia. n.* 2. (p) Azor. *Instit. Moral. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. (q) Lavor. *Var. Lucubr. tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 11. Piasec. *in Prax. Episc. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 24. (r) c. *Venerabili. in fine* & ibi *gl. De verb. sign.* Rota *in Cesaraug. Synodi.* 13. *Febr.* 1626. (s) Abb. *in c.* Cū

brare, suumq; munus exequi queat, ac pro quorum honesta sustentatione proventus sufficiant, (t) & talis Ecclesia dicitur Numerata, in qua ita est certus Canonicorum numerus, ut ex determinatione semel constituta, ampliùs alterari non possit, (u) nisi forte cum consensu Papæ, cùm in adauctum Canonicum, adaugetur proventus. Quodsi Ecclesia non fuerit numerata sed Receptitia, ex Erectione, Statuto, præscriptione vel authoritate Papæ, tunc potest quis, imò & plures in Canonicos recipi, (w) & tales vocantur Canonici supernumerarii: (x) post quorum obitum non dicitur propriè vacare Canonicatus, sed supprimitur, expirat & desinit. (y) Species ipsorum sunt duæ, una Juris, altera Facti, (z) & de his validè Papa providet, sustineturq; Provisio. (a) Quod verò de augendo, id & de minuendo Canonicorum numero intellige, simul enim de utroq; Jura agunt; (b) hinc si Distributiones in Cathedralibus vel Collegiatis, & Præbendæ sunt tenues, ut pro qualitate Personarum non sufficiant, servatis de Jure servandis, poterunt aliquæ ex iis supprimi, ita tamen, ut tot supersint, qui Divino Cultui, & Dignitati Ecclesiasticæ commodè valeant respondere (c)

COROLLARIUM IV.

Dignitas in Cathedralibus Ecclesiis sumitur *1mo.* pro ornamento, reverentia, potestate, conditione & Munere seu Officio honorifico, qua larga & generica significatione, Canonia

liceat de Præscript. Nav. t. 3. n. 2. (t) Isid. Moscond. *de Maiest. Milit. Eccles. lib. 1. cap. 15.* (u) Lotter.. *de re benefic. lib. 1. 9. 14. n. 14.* (w) Panorm. *c. 30. de Constit. & c. Relatum. de Præb.* Azor. *Instit. Moral. par. 2. lib. 3. cap. 11. q. 8.* (x) Felin. *in c. 30. de Constit.* (y) *c. Dilecto 25. de Præb. & gl. Consentire in c. Quod sicut. de Elect.* (z) Card. Tusch. *tom. 1. Lib. 10. Concl 33. n. 2.* (a) Gonzal. *ad Reg. 8. Cancel. §. 3. n. 20. & 23.* (b) Isid. Moscond. *de Eccles Cathedr. cap. 15. pag. 292. vers. augere.* (c) *Conc. Trid. Sess. 24. de Refor. cap. 15.* Ugol. *de Offic. Eppi. cap. 25. §. 1. n. 4.*

nia & dignitas æquiparantur, [a] seu Cathedralis Canonicatus, dici potest Dignitas. [b] *2do.* pro administratione rerum Ecclesiasticarum cum Jurisdictione in foro exteriori. (c) Aliæ hujusmodi Dignitates sunt de Jure tantùm, ùt Archidiaconatus & Archipresbyteratus. (d) Aliæ ex institutione seu fundatione Ecclesiæ, si talis ab initio instituta est. (e) Aliæ demum ex consvetudine. (f) Consvetudo enim plurimum operatur in dignoscendo, quænam sit prima dignitas in aliqua Ecclesia? adeoq; attenditur potius solitum ipsius Ecclesiæ, seu consveta reputatio & fama loci publica, quàm Jus Commune. (g) Hinc in tota ferè Gallia, Lusitania & Hispania DECANUS in Cathedralibus primum locum obtinet, & dicitur major dignitas post Pontificalem, (h) prout pariter in Regno Poloniæ ex vi primævæ Institutionis, prima Decani Dignitas est in Celeberrima Cracoviensi Cathedra, quàm aliæ, ùt infra sequuntur. Et quanquam Decanus propriè dicitur, qui decem Viris præest, (i) & forte inde nomen sumpsit, tamen ex præstantia & perfectione denarii numeri, Decanus potius dicitur, quasi præcipuus inter aliquos ejusdem Ordinis & Status: & sic Decanus quasi Decumanus, (k) seu dignus & inter Canonicos Principatum tenens, nuncupatur. (l) ARCHIDIACONUS de Jure est quasi Ministrorũ Princeps (m) *Archos* enim Principẽ, *Diaconos* Ministrum ex græco significat, (n) unde principalem post Episcopum dignitatem recipit. (o) Vocatur Oculus Episcopi, quasi in specula & statione posi-

(a) Verall. *Par.* 1. *Decis.* 257. *n.* 3. (b) gl. *penul. in c. Si Canonici. de Offic. Ord. in 6. & in c. Si. quando. De Rescript.* (c) *arg. c. Statutum. de Rescript. in 6.* Archid. *in c.* 1. *de Consvet. lib.* 6. (d) Card. Tusch. *tom.* 1. *Lit. A. Concl.* 685. *n.* 3. Rota. *decis.* 326. *par.* 2. *n.* 1. *divers.* (e) CASSAN. *in Catal. Gloriæ Mundi. par.* 4. *Consid.* 41. *ad fin.* (f) *c. Cum olim. de Consvet.* Rot. *decis.* 39. *n.* 3. *par.* 2. *divers.* Salgado *de Protect.* Regia *tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 9. *n.* 18. (g) Greg. XV. *Decis.* 482. *n.* 3. Rot. *decis* 585. *par.* 4. *n.* 2. *divers.* (h) Valer. Regin. *in Prax.* Fori *Pœniten. tract.* 1. *lib.* 30. *cap.* 3. (i) Petr. Greg. *syntagm. Jur. par.* 2. *lib.* 15. *cap.* 21. (k) *arg. l.* Non *plures.* C. *de Sacros. Eccles.* (l) *c. Cum inter. de Elect. verb. Decanum.* (m) *Can.* 1. *dist.* 21. (n) CASTALD. *in prax. Cærem. lib.* 1. *sect.* 8. *cap.* 7. *n.* 3. (o) *text. in c.* 1. *De Offic, Archid. ibi: post Episcopum.*

positus, (p) Ideoq; debet esse Doctor aut Licentiatus in Theologia vel Jure Canonico, prævio examine in approbata Universitate promotus (q) præcipuè si Curam Animarum vel Jurisdictionem exercet. (r) Archidiacono de Jure incumbit cura omnium Clericorum in Diæcesi, ideo si Episcopus non potest, ipse quovis tertiò Anno, assumptò Notario, de consensu Episcopi eosdem visitáre debet (s) poteritq; ei Episcopus tempus, comitatum & equitatum præscribere, ne oneri sit Ecclesiis, quas visitat. (t) Archidiaconus Episcopo solemniter celebranti ministrat, probatos qui Evangelium & Epistolam cantent, designat, & omnia quæ ad celebrationem Divinorum Officiorum pertinent, disponit. (u) Ille Clericos ad Ordines promovendos examinat, probat, eosq; Episcopo nomine Ecclesiæ Ordinandos offert, (w) nec peccat, si testetur esse dignos, nisi id contra conscientiam faciat, quem enim indignum non novit, dignum existimare debet. (x) Ille de Jure Communi Jurisdictionem licet inferiorem in multis habet, (y) aliqua etiam nomine proprio exercere valet, ex privilegio aut consvetudine legitimè præscripta, (z) & de jure post Episcopum Vicarius natus & legitimus in omnibus appellatur. (a) PRÆPOSITUS, secundùm nominis proprietatem dicitur aliorum Præfectus, qui videlicet aliis præest (b) olim enim qui præficiebantur Militibus in Provinciis præsidii causâ degentibus, vocabantur Castrorum Præpositi. (c) Præpositura per se est nomen singulare Beneficii Ecclesiastici, assiduita-

(p) *gl. in Can. Diaconi. dist. 93. verb. Oculi* (q) *Conc. Trid. sess. 24. de Refor. cap.* 12. Barb. *de Offic. & potest. Episc. par. 3. Alleg. 60.* (r) Piasec. *in prax. Episc. par. 2. cap. 5. n. 20.* (s) *c. Ad hæc. de Offic. Archid.* Conc. Trid. *sess. 24. de Refor. cap.* 3. (t) Piasec. *l. c. par. 2. cap. 3. n. 62.* (u) *S. Rit Congr. in una Pisaurien.* 10. *Junii* 1600. *Can. Perlectis. dist.* 25. *& c. 2.* de Offic. Archid. (w) c. Unic. *De Scrutin. in Ord. facien.* (x) *Marcell. in Prax. For. Eccles. Judic. cap. 8. n.* 35. (y) *c. Licet. de Pæn. Can. Nullus.* 16. *q. 7.* c. *Archidiaconis. de Offic. Archid.* (z) Barb. *de Offic. & potest. Epi. par. 3. Alleg. 72. n.* 58. c. *fin. de Offic. Archid.* (a) *d. c. 1. de Offic. Archid.* Card. Tusch. *tom.* 1. *Lit. A. Concl.* 482. (b) *c. Quamvis 9. De Verb. signif.* (c) *l. Viros. C. De divers.*

chialem emicat. (d) Insignis enim Collegiata æquiparatur Cathedrali. (e)

COROLLARIUM III.

Circa præcedentiam, Majoritatem & præferibilitatem, quæ sunt speciales Canonicorum Cathedralium prærogativæ, non concordant DD. Alii enim existimant præcedentiam deberi illi, qui prior est in possessione. (a) Alii Officia honorifica & qualitates præferunt ad concedendam præcedentiam, uti *1mo.* cùm quis de uno Magistratu ad alterum assumptus est. (b) *2do.* cùm quis prius Gradum Doctoratûs recepit. (c) *3tio* ratione primæ Nominationis, qui primus scilicet nominatus fuit in Literis Creationis. (d) *4to.* si quis ediderit librum legalis sive cujuscunq; scientiæ. (e) *5to.* si quis fulgeat meritis Paternis. (f) Alii item ratione majoris Ordinis, vel eminentioris gradus assignant præcedentiam: sic Canonico proviso de Canonicatu Presbyterali, assignant locum supra omnes Diaconos & Subdiaconos, quanquam prius in Choro & Capitulo receptos. (g) Sic Cardinales licet sint officiô pares, tamen ùt Presbyteri præferuntur Diaconis Cardinalibus, etiam in Creatione prioribus; ea tantùm ratione, quòd sint majores Ordine. (h) Sic Episcopus Doctor uti duarum dignitatum præfertur Episcopo non Doctori tametsi antiquiori, (i) quod idem dic de Canonicis. [k] Quia verò Presbyteratus est dignior Doctoratu cujuscunq; Scientiæ & disciplinæ, ideo Canoni-

(d) *S. R. C. apud* Barb. *in Summ. Apost. decis. collect.* 181. *n.* 4. (e) *Rot. par.* 2. *divers. decis* 29. *n.* 8. (a) Steph. Gratian. *Marchiæ decis.* 16. *n.* 6. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancell.* §. 3. *n.* 23. (b) Rebuff. *in Tract. nominat. qu.* 21. *n.* 1. (c) Petr. Lenand. *de Privil. DD. Jure Consult. par.* 3. *qu.* 4. (d) c. *Siquis justo.* §. *Verum de Elect. in* 6. *l.* Cùm Pater. §. *Ante. ff. de Legat.* (e) Cassan. *in* Catalogo *gloriæ Mundi. par.* 10. *consid.* 28. (f) *l. Jubemus C. De advocat. divers. Judic. verb. sumptibus.* (g) *S. R. C. in Neapolitana* 23. *Martii* 1602. (h) *Can. fin. Præcipimus. Dist.* 93. *text. in c. Statuimus. de Majorit. & Obedien.* (i) Conc. *Trid. sess.* 24. *de Reform. cap.* 12. *verb. Hortatur.* (k) Franc. de Arct.

nicus Presbyter prius ordinatus, poteſt præcedere aliis Canonicis ordinatis poſtea, etiamſi Doctores ſint. [l] Alii item idq́; ſecundùm magis communem DD. Sententiam tenent, quòd Canonicus, qui prævenit in apprehendenda poſſeſſione & antiquiori receptione, debeat aliis præcedere in Stallo, Voce, Optione & cæteris prærogativis, quamvis alii priores ſint in proviſione & poſteriores in poſſeſſione; [m] hic enim honor præcedentiæ debetur Canonico antiquiori propter ejus majora onera & ſervitia, quæ in Eccleſia ſubiit: [n] præeminentiæ namq́; ſunt fructus poſſeſſionis, [o] fructus autem utiq́: ſemper ad poſſeſſorem ſpectant, [p] Alii demum concludunt, quòd in præmiſſis ſtandum ſit uniuscujuſq́; Eccleſiæ Conſvetudini: [q] Conſvetudo enim quæ eſt maxima legum interpres, attendi debet, [r]

COROLLARIUM IV.

PRærogativæ Canonicorum Cathedralium præter ſupradictas colliguntur eſſe ſequentes, *1ma.* ex ratione antiquitatis & per conſequens majoris perſeverantiæ in bono. Cùm enim in principio naſcentis Eccleſiæ, omnes qui Chriſtianam amplexabantur Fidem, propria Bona vendebant, pretiumq́; ad Apoſtolorum pedes ponebant, ut ſic omnia ſimul eſſent communia. [a] Hujuſmodi communio non diu permanſit, [b] nam magis expedire viſum fuit, ut locò pretii, prædia & Bona ſtabilia Epiſcopis traderentur, qui de eorum fructibus neceſſaria fidelibus miniſtrarent, [c] Epiſcopi tunc deligebant idoneos

Conſ. 23. incip. In præſenti conſultatione. *n. 3. verſ. ad tertium.* (l.) *S. R. C. in Panormitana. 23. Julil* 1610. (m.) Rot. *decis. 2. n. 1. de Conſvet. in novis. arg. l. 4. De Privil. eorum qui ſacro Palat. milit.* (n) *Arg. l. 2. in fine.* C. *de* Offic. *Magiſtr. Can. Miramur. Diſt.* 61. (o) *gl. in c. Cùm olim. de Major. & obed. verb.* Capitulo. (p.) *c. Querelam 24. de Elect. c. Conſultationibus. de Jurepatr. c. Cùm olim. De Cauſ. poſſeſſ. l. Bonæ fidei 48. ff. de Acquiren. rer. domin.* (q.) *S. R. C. in Egitanien. 23. Maji* 1603. (r.) Avendan. *de exequendis Mandatis. Par. 1. cap. 19. n. 15.* (a) *Act. Apoſt. cap.* 4. *Can. Futuram. Can. Dilectiſſimis. 12. q. 1.* (b) Valen. *tom. 3.* d. 10. *qu. 3.* (c) *Can. Videntes. Can.*

neos ad ministeria Ecclesiæ, qui aliàs sponte volebant se mancipare Divino Muneri, exinde appellati Clerici, hocest in Sortem Domini vocati, [d] ad differentiam laicorum qui ex græco populares appellantur; [e] qui Clerici curâ Episcopi in certa Domo Canonia dicta, simul manebant, cibum in communi sumebant, Divinas laudes in Choro Ecclesiæ unanimiter persolvendo: [f] & exinde cæperunt dici Canonici. Qui ad præsens licèt more antiquo mansionem & victum communem non habeant, primitivæ tamen Institutum Ecclesiæ majori in parte præseferunt & conservant, (g) quia nimirum quotidie ad persolvenda Divina Officia, suam in Ecclesiam conveniunt, unitiq; ad tractanda & servanda sui Capituli Jura dicuntur habitare in unum, etsi in ædibus separatis & dispersis consistant; ac demum faciunt unum Corpus cum suo Capite, cujus auctoritas modò est fraterna & charitativa, sivè simul inhabitent, sive non. (h) Constat itaq; antiquissimum esse Canonicorum Institutum, qui in majori bono perseverantes, meritò debent esse melioris conditionis: (i) & quia inter omnes Christianæ Reipub. functiones Cultus Divinus apicem tenet, huic vel maximè deditos sua ab origine Canonicos, ut magis nonnulli nobilitarent, eosdem Angelos Militantis Ecclesiæ, tanquam imitantes Cælestis Militiæ Choros nuncupârunt, dignumq; censuerunt, ut ex antiquo prolixiore in labore versantes, plùs quoq; præ aliis honorentur. (k) *2da.* ex ratione authoritatis, qua etiam Reges & Imperatores Catholici ornari se percupiunt. Sic Hispaniarum Rex pro tempore existens, ex Privilegio Apostolico potitur Canonicatu Ecclesiæ Legionensis. (l) Sic Rex Franciæ in pluri-

 bus

Decimæ. 12. *q.* 1. (d.) *c. Si sententia. de Sent.* Excom. *in* 6. Archid. *in Can. Quod Dist.* 6. (e) *Can. Duo.* 12. *q.* 1. *gl. in c.* 2. *de Hæret. in* 6. (f) *Can. Prætor. Dist.* 32. *Can. In omnibus. de Consecr. Dist.* 5. (g) Conc. Colon. *cap.* 4. (h) *gl. in l.* 3. §. *à Municipibus. ff. de Bonor. possess.* Nic. Bes. *de Jur. univ. cap.* 2. *n.* 55. (i) Imol. *in c. Constituimus. De Major. & obed.* (k) *arg. l. Nemo. de Offic. Mag. docent. gl. in Can. fin. Dist.* 17. *& c. Dilectus. de Elect.* (l.) Petr. Henriq. *par.* 1. *Cons.* 9. *n.* 11.

bus Regni sui Ecclesiis, ex Indulto Summi Pontificis gloriatur se esse Canonicum. (m) Sic Imperator antequam coronetur, recipitur in Canonicum & Fratrem á Reverendis. Canonicis S. Petri de Urbe, quos omnes & singulos stans ante Altare Deiparæ Virginis recipit ad osculum Pacis, (n) & rursus post Coronationem assumitur in Canonicum & Fratrem Ecclesiæ S. Joan. Laterani. (o) *3tia.* ratione utilitatis. In Canonicatu enim duo diversa jura concurrunt Canoniæ & Præbendæ; (p) Canonia est quædam peculiaris prærogativa ex qua qvis consequitur receptionem in Fratrem, Stallum in Choro, locum in circuitu, vocem in Capitulo, facultatem participandi de distributionibus, & Jus ad Præbendam, quæ in favorabilibus venit nomine Beneficii, quod est quædam portio fructuum, quæ datur Ministro Ecclesiæ pro servitio (q) & quãquã Beneficiũ non in Canonicatu sed in Præbenda consistat, (r) nil sacius Canonia est dignior Præbendâ ac aliîs Beneficiîs ob tot prærogativas ex ea provenientes: (s) nomine enim Canonicatûs accipitur ipsa Præbenda, sicq; præbenda est magis qualificata portio, quàm aliud Beneficium etiam Curatum. (t) Dicitur autem Canonicalis Præbenda à verbo præbeo, quòd debeat præbere Canonico fructus, ex quibus possit commodè vivere, (u) dixi commodè: ideft decenter, congruè. honestè & laudatè (w) alias lautiùs & competentiùs, quàm alii inferiores de Clero. (x) *4ta.* ratione qualitatis extrinsecæ ornamenti Ecclesiastici, ex quo major Personæ honorificentia efformatur. (y) Olim Canonici dum res Divinas celebrabant, Mytrîs & aliis Episcopalibûs ornamentîs utebantur, (z) quod Privi-

(m) Selv. *de Benef. par. 2. q. 23. n. 39.* Molan. *de Canon. lib. 1. cap. 5.* (n.) Cærem. Rom. *Lib. cap. 3. sect. 5.* Duran. *lib. 2. cap. 8.* (o.) *Pontif. Rom. tit. de Coronat. Imperat. fol. 89.* Moscond. *de Majest. Milit. Eccles. cap. 2. fol. 670.* (p.) Host. *in cap. 1. de Præb.* Zabar. *in Clem. fin. c. t.* (q) Bald. *in c. Cum. M. de Constit. n. 170.* (r) Bellem. *in c. Apostolicæ. de Præb. n. 8.* (s) Dec. *in Rubr. de fund. Seraph. par. 2. decis. 1493. n. 24.* (t) Ricc. *in prax. Resol. 72. n. 6.* (u) Joan. Andr. *in Rubr. de Præb. n. 1.* Abb. *in c. Ex parte. De Instit.* (w) Abb. *in c. Postulastis. & c. 1. de Stat. Reg.* Campanil. *Rubr. 8. cap. 2. n. ult.* (x) Bero. *in c. Cum omnes De Constit. n. 90.* (y) c. *Quoniam. De vit. & ho-*

privilegium in nonnullis Ecclesiis, ùt Lucæ in Hetruria, & Neapolitana etiam ad præsens viget. (a) Modernis verò temporibûs Choralis Canonicorum habitus ordinarius, est Almutia, sive Mantelettum, vel Cappa violacei coloris, aut Mozetta, quæ Insignia conceduntur à Summo Pontifice ipsis tantùm Canonicis; (b) inter hæc antiquior habitus est Cappa, cujus concessione intelligitur concessus esse usus Rochetti, quo indulto gaudentibus liberum est tempore æstivo deponere Cappas, quas forte hyeme pellibûs Cuniculorum aut armelinorũ opertas deferebant, & assumere ipsam Cottam supra Rochettũ, vel remotîs pellibus æstate gestare easdem Cappas absq; pellibus holoserico blatteô coopertas, complicatas, vel juxta consvetudinem explicatas usq; ad talos. (b) His accessit Insigne decorum Aquilæ nempe in formam Crucis ex auro aut alia pretiosa materia artificiosè elaboratum, in holoserico rubeo cæruleo, vel in aureo torque pensile, ad ornandum Canonicale Pectus inventum, communiter Distinctorium dictum. Suprafata Insignia possunt deferre Canonici in functionibus Ecclesiasticis etiam extra Diœcesim, modò proprias sedes Beneficiatorum illius Ecclesiæ non occupent, (c) non enim hoc Privilegium tendit in aliorum gravamen: imò cùm personale sit, potest illud Persona secum ubicunq; deferre, nec potest restringi loco: (d) tum quia hujusmodi habitus non denotant superioritatem & potestatem, [e] sed duntaxat perfectionem, gravitatem & ornamentum Personarum, quòd nempe non sint simplices Presbyteri. (f) Unde ex hujusmodi ornamentis Ecclesiasticis, quibus gaudent Canonici, svadetur

 ipso-

nest. Cleric. c. Ut Apostolicæ. de Privil. in 6. Purpurat. *Cons.* 540. *par.* 2. *n.* 17. (z) Lauren. *in suo Magn. Theatr. vit. hum. lit. F. fol.* 327. (a) Pyrrh Corrad. *in Prax Dispens. Apost. lib.* 4. *Cap.* 2. *n.* 33. (b) Ricc. *par.* 9. *decis* 332. *n.* 2. (c) *Cærem. Rom. cap.* 3. *Bald. in. l. Omnia. C. de Episc. & Cleric.* S. R. C. 21. *Maji* 1634. (d) *S. Rit. Congr.* 19. *Aug.* 1634. Castr. Palao. *Tract.* 3. *de leg. tit. pun.* 18. *n.* 3. (e) *gl. in c. Privilegium de Reg. Jur. in* 6. (f) Decian. *Vol.* 1. *Cons.* 8. *n.* 243. Goffred. *in Rubr. de usu Pall. n. ult.* (g) Bellamer. *in c. A memoria. tit. Ut lite pend. n.* 3.

ipſorum præcedentia ſuper alios de Clero ſæculari; (h) & hæc Canonicorum præeminentia colligitur ex eorum ordinariis & uſualibus veſtimentis, quæ olim in totum erant violacei coloris, nunc aſſignantur nigri, ſed decentiora, quàm aliorum inferiorum; (i) ſiquidem oportet, ut aliter veſtiantur milites, aliter Senatores, quales eſſe appellantur Canonici. [k] 5*ta.* ratione loci, & hôc enim diſtingvuntur prærogativæ. Nobilior ergo locus in Choro aſſignandus eſt Canonicis [l] nempe eminentiores ſedes in ſuperiori Luna; Curatis verò, Capellanis ac aliis Clericis in Luna inferiori, ſcilicet ſubſeliis inferioribus & disjunctis à Canonicalibus; nam incongruum eſt, ut ordines confundantur. [m] Et quia conſideratur honor in ſedendo cum Epiſcopo, tam in functionibus Eccleſiaſticis quàm in Civilibus, [n] ideo Epiſcopus cùm ſolemniter in Cathedrali ſive Collegiata celebrat, Canonicos uti Nobiliores qui ei aſſiſtant aſſumere debet; [o] ſatis enim honorificum munus eſt, inſervire Epiſcopo pontificaliter celebranti. [p] 6*ta.* ratione Majoritatis, cùm claſſicum ſit Jure Divino, Naturali, Pontificio & Cæſareo majorem in honore anteferri minori. [q] Signa autem majoritatem denotantia ſunt, prius vocari & reſpondere, [r] & horum omnia videlicet incedere, ſedere, vocari aut loqui primò, ſicut in materia præcedentiæ plurimùm attenduntur, [s] & prærogativæ Canonicorum potiſſimùm competere dignoſcuntur, ita majoritatem eorum palam elucidant & enuntiant; ideo Canonici

(g) Decian. *l. c. Conſ. 67. n. 33.* (h) Laur. *in Magn. Theat. vit. hum. l. J. Sol. 327.* Conc. *Trid. Seſs. 24. de Reform. cap. 12.* (i) *gl. fin. in Can.* Eccleſia 16. *qu.* 1. (k) *gl. in c. Tua. de Conſvet. in 6.* Cærem. Rom. *lib. 3. ſect. 2. cap.* 1. (l) Rot. *Par.* 6. *diverſ. decis* 252. (m) Rot. *Par.* 7. *Decis* 309 *n.* 2. (n) Ricc. *in Prax. par.* 3. *reſol.* 555. *n.* 1. (o) Franc. Ceccoperius *Lucubrat. Canonical. lib.* 1. *n.* 97. (p) Ciarl. *contr. for. tom.* 2. *cap.* 208. (q.) *Can. Quia. Diſt.* 50. *gl. in c. Sedes. de Reſcript. Clemen.* 1. *de Relig. Domib. & l. Ut gradatim. ff. de Muner. & honor.* (r) Zarabell. *Cons.* 30. *n.* 7. Præpoſ. *in Can. Epiſcopus. diſt.* 17. Leo *in Theſ. Eccleſ. part.* 1. *cap.* 9. (s) Barb. *in Can. Concilia diſt.* 17. *& in c. Certum de Maior. & obed. n. ult.*

nici ùt majores anteponendi sunt aliis Clericis ùt minoribus, in iis omnibus, quæ sunt magis honorabilia: (t) non enim lex fieri potest, ut minor præcedat majorem. (u) imò contra Jura Divina, humana & naturalia esset, quòd major deberet exhibere reverentiam inferiori. (w) *7ma.* tandem ratione amplissimorum Privilegiorum, tritum autem est in Jure magis privilegiatum præferri minus privilegiato: (x) ùt Episcopus habens usum Pallii, aliis non habentibus etiam antiquioribus. Abbas infulatus Abbati non infulato, Abbas Mitræ aufrigiatæ usum habens, Abbati simplicis Mytræ usum concessum habenti. (y) Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Pisarum Privilegiô deferendi Cappam rubei coloris more Cardinalium gaudentes, aliis similium Ecclesiarum, quibus idem color non est permissus. (z) Sic Canonici Cathedrales ab Episcopo solemniter celebrante recipiuntur ad osculum Pacis, quod est signum magnæ Nobilitatis & præeminentiæ Canonicorum. (a) *Item* citra Canonicos non potest fieri receptio in Fratrem, quod est Jus plurimùm considerabile. (b) *Item* Canonici Statuta condere possunt, quæ facultas aliis inferioribus non competit. (c) Porro Privilegia Canonicorum Cathedralium & prærogativæ iisdem servientes adeo permultæ sunt, ut eas singulas recensere, perquam difficillimum sit.

COROLLARIUM V.

AUthoritas & Potestas Canonicorum Cathedralium relucet vel maximè in actibus Iurisdictionis, cujus capaces sunt; præcipuè in dispositione circa res Capitulares expedienda

(t) Gerald. *in addit. singul.* 33. Post. *de manut. obser.* 45. *n.* 12. (u) Host. *in c.* 1. *de Major. & obed.* (w) Bellet. *de favor. Cleric. n.* 20. (x) *gl. in c. Accusatus.* §. *Sanè. de Privil. in* 6. Monach. *de* Exerc. *in vesti. cap.* 14. *n.* 88. (y) Grat. *discept. foren. cap.* 298. *n.* 63. Navar. *Cons.* 5. *tit. de major. & obed. n.* 5. (z) Grat. *disc. foren. cap.* 319. *n.* 26. (a) c. *Dilecto. de Præben.* Zipeus *tit. de Rescrip. n.* 4. (b) Rot. *par.* 6. *divers. decis.* 221. Put. decis 85. n. 3. (c) Mantic. decis. 215. n. 5. Cassan. *par.* 4. *Consid.* 32.

enda. Verbum enim Canonici indefinitè prolatum, idem significat quod Capitulum. (a) Unde cùm dicitur, Canonici statutum condiderunt, (quod etiam extenditur ad dignitates) idem sensus est, quòd Capitulum condidit Statutum. (b) E contra similiter, cùm dicitur Capitulum id fecit vel facere potest, idem est, quòd Canonici capitulariter id fecerunt vel facere possunt. (c) Plurima autem Canonici seu Capitulum vacante præsertim Episcopali Sede possunt, [d] sive per mortem, sive per renuntiationē, sive per translationem Episcopi, aut alio modo eadem Sedes vacaverit. (e) In totum quippe Jus Jurisdictionis ordinariæ Episcopalis succedit Capitulum Cathedrale Sede vacante, exceptis nonnisi casibûs in Jure expressis; (f) & non tantùm succedit in Jurisdictione Episcopali de Jure communi Episcopo concessa, sed etiam de consvetudine Eundem concernente, [g] habetq; tunc Jurisdictionem non tantùm in personas spirituales, sed etiam sæculares; si videlicet defunctus Episcopus præter Episcopalem Jurisdictionem habuit quoq; temporalem, idq; etiamsi causæ criminales sint; quia & hujusmodi causas citra metum Irregularitatis potest Magistratui vel alteri personæ sæculari delegare, ut facta inquisitione super veritate criminis, Justitiæ debitum exequatur. [h] Succedit præterea non tantùm in iis quæ sunt Jurisdictionis Episcopalis, sed etiam in his, quæ sunt Ordinis Episcopalis & Consecrationis, cùm Capitulum Sede vacante possit dare licentiam ordinandi. (i) Vigore autem hujusmodi Jurisdictionis & Juris Sede vacante sibi servientis,

potest

(a) Genuen. CQ. *Eccles. qu.* 403. *n.* 2. (b) *c.* 2. *de Offic. ord. in* 6 Ripa. *in c. Cùm M. de Constit.* (c) Petr. de Anch. *in c. Quanto, De his quæ fiunt sine cons. Capituli n.* 5. (d) *text. in c. unic. de Major. & obed. in* 6. (e) Novarius *in summa Bullarii par.* 1. *Commentario* 38. *n.* 2. *gl. ad d. c. unic. de Major. & obed.* (f) Barbosa *de Canonicis cap.* 42. *n.* 61. *Item. Tract. de potest. Episc. par.* 2. *Allegat.* 36. Piasecki *in praxi Episc. par.* 1. *cap.* 1. Sanctarelus *Variar: resolut. par.* 1. *qu.* 41 *n.* 45. (g) Dian. *Tract.* 5. *de potest. Capituli Sede vacante resolut.* 4. (h) Quaranta *in Bullario verbô Capitul. Sed. vac. quæsitô* 1. *text. in c. Cinquestus. de for. compet.* (i) *gl. fin. in c. His quæ. de Major. & obed. text. in c.*

poteſt Capitulum Cathedrale judicare omnes cauſas in prima Inſtantia, [k] tam Matrimoniales quàm Criminales & alias arduas, [l] poteſt cognoſcere de crimine Hæreſis, [m] poteſt punire delinquentes & ſuper facto inquiſitionem facere, [n] poteſt beneficiatos ob crimen vel aliã juſtam cauſam beneficiis privare & deponere, [o] poteſt excommunicare & alias Cenſuras quas poterat Epiſcopus ferre, [p] & è contra, poteſt abſolvere ab omni excommunicatione, à qua potuit Epiſcopus, [q] poteſt confirmare vel infirmare Electiones quas potuit Epiſcopus, [r] poteſt approbare & exponere Confeſſarios etiam in Caſibus Epiſcopo reſervatis, [s] poteſt dimittere denuntiationes, [t] poteſt dare licentiam Subditis vacantis Diæceſis, arctatis reſpectu beneficii, ſuſcipiendi Ordines à quovis Antiſtite, [u] poteſt diſpenſare in omnibus Caſibus in quibus potuit diſpenſare Epiſcopus, (w) poteſt dare facultatem Epiſcopo externo in ſua Eccleſia Cathedrali vel in alio loco Diæceſis Pontificalia exercendi, videlicet conferendi Ordines, Olea ſacra & Chriſma conficiendi & benedicendi, Eccleſias, Altaria, Calices, Campanas & alia ſimilia conſecrandi & benedicendi, (x) poteſt diſpenſare in votis, & petitione debiti jure ordinario, (y) poteſt vacanti Monaſterio dare Oeconomum ſeu adminiſtratorem, (z) poteſt Beneficia ſim-

 plicia

c. *Cùm Nullus. de Tempor. ordinat. in 6. text. in c. Suffraganeis. de Elect.* (k) Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de Reform. cap. 20.* Riccius *in praxi aurea Reſolut.* 130. Diana. *Tract. de poteſt. Capit. Reſolut. 8.* (l) Piaſecki *in proœm. prax. Epiſc. n.* 21. *text. in c. Veniens. tit. De eo qui duxit in Matrim. & in c. Significavit. tit. de Convers. Conjug.* (m) Fagnanus *par. 1. lib. 6. Decretal. in c. Ad abolendam. de Hæret. n. 13. & gl. ibid. verb. Prærogativa.* (n) Genuenſis *in Prax. ArchiEpiſc. cap. 87. n. 3.* (o) *Piaſec. in praxi par. 2. cap. 5. n. 69.* (p) Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap: 8.* Fagnan. *l. c. in c.* Et *nobis. de Sent. excom. n. 47.* (q) Piaſecki. *l. c. par. 1. cap. 1. art. 2. n. 22.* (r) *Idem l. c. cap. 5. art. 2. n. 62.* Pavinus. *par. 2. qu. 4. & 5. text. in c.* Cùm *olim. & gl. ibid. tit. de Major. & obed.* (s) Novarius *in Summa Bullar. par. 2. Comment.* 32. *n. 9.* Vallenſis *lib. 5. Decretal. tit. 9. n.* 11. (t) Conc. *Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. Matrim. cap.* 1. (u) Conc. *Trid. ſeſs. 7. de reform. cap.* 10. (w) Can. *Domino Sancto. & ibi gl. verb. Neceſſe. &* Can. *Ut conſtitueretur. diſt.* 50. (x) Piaſecki *in Proœmio Prax. Epiſc. n.* 21. (y) Barbosa *de Canonicis & dignitatibus cap.* 43. (z) Piaſecki *l. c. par.* 2.

pliciа in Commendam dare ad certum tempus, hoceſt ſex Menſiū,(a) poteſt præſentatos á Laicis habētibus Juspatronatus inſtituere, (b) poteſt reſignationes Beneficiorum admittere, juſta cauſa exiſtente, (c) poteſt permutationibus beneficiorum auctoritatem ſuam præſtare, (d) poteſt præbendas & portiones ex juſta cauſa ſupprimere, (e) poteſt condere Statuta obligatoria totam Diœceſim, modò ſint juſta, nec vergant in præjudicium Eccleſiæ vel Epiſcopalis Menſæ, (f) poteſt ex juſta cauſa unire Beneficia, modò non ſibi, nec hæc unio obſit Jurisdictioni Epiſcopi, (g) poteſt commutare ultimas Voluntates in caſibus in quibus Epiſcopus poterit, (h) poteſt remittere pænas impoſitas per Epiſcopum vel Officium ejus, (i) poteſt viſitare Diœceſim, quando lapſus eſt Annus á prima viſitatione facta per Epiſcopum, nec Eccleſia eſſet de proximo providenda de Epiſcopo, (k) poteſt dare licentiā Monialibus tam Jurisdictioni Epiſcopi, quàm S. Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectis, egrediendi extra Clauſuram, (l) poteſt revocare licentias & approbationes conceſſas Religioſis audiendi Confeſſiones Sæcularium, necnon prædicandi, ſivè ſint abſolutè conceſſæ, ſive ad tempus, necnon commutandi vota in alia pia opera, (m) poteſt conferre Beneficia quæ per negligentiam inferioris Collatoris, aut dilationem, devoluta ſunt ad Collationem Epiſcopi, (n) poteſt conferre Beneficia ad præſentationē, Collationem, Electionem, ſimultaneè ad Epiſcopum & Capitulum pertinentia,(o) poteſt admittere præſentatos à Patronis & ſi ſint idonei inſtituere, (p) poteſt diſpenſare in impedimen-

tis

cap. 5. *art.* 2. *n.* 65. *per text. c. fin. de Statu Monach.* (a) Piaſecki *l. c. n.* 55. Vallens. *lib.* 3. *Decretal. cap.* 9. *n.* 5. (b) Piaſecki *in proœm. prax. Epiſc. n.* 22. (c) *Idem l. c. par.* 2. *cap.* 5. *art.* 2. *n.* 68. (d) Novar. *l. c. Comment.* 38. *n.* 3. (e) *Conc. Trid. ſeſs.* 24. *de Reform. cap.* 15. (f) Barb. *Tract. de Canonicis & dignitat. cap.* 42. *n.* 73. (g) Rebuff. *in prax. de Unionibus n.* 36. (h) Barb. *l. c. cap.* 42. *n.* 10. (i) Marcell. Vulpe *cap.* 44. *n.* 26. (k) Piaſec. *l. c. n.* 22. (l) Tamburinus *Tract. de Jure Abbatiſſar. diſp.* 20. *qu.* 5. *n.* 9. (m) Baſſæus *verb. Capitulum. n.* 11. (n.) Abb. *in c.* 2. *Ne Sede vacan.* Zypeus *de Jur. Pontif. e. t.* (o) Rebuff. *in prax. tit. de devolut. n.* 74. (p.) Vivian. *Tract. de*

tis Matrimonialibus in quibus Episcopus potest, (q) potest dispensare ab operibus servilibus in die Festo, (r) in Jejuniis, (s) potest inferiori authoritatem suam interponere volenti bona sua alienare, (t) potest res Ecclesiæ suæ quæ servando servari nequeunt, liberè absq; alicujus authoritate allenare, modò pretium earum servetur, (u) potest dare licentiam ingrediendi Monasteria Monialium Jurisdictioni Episcopali subjecta, urgente justa causa vel necessitate, (w) potest præstare consensum super translatione Jurispatronatus de uno in alium, (x) potest concedere licentiam Clericis tractandi studia. [y] Hæc & similia, quæ aliàs Episcopum de jure concernunt, Sede vacante exercere potest Capitulum. Interim more consveto, unum vel plures tunc fideles & diligentes Oeconomos designat, qui rerum Ecclesiasticarum & proventuum curam gerant, coram Quo de Jure, rationem reddituri : (z) constituitq; infra octo dies post mortem Episcopi Officialem seu Vicarium, vel existentem confirmat, qui necesse est, ut sit Doctor vel Licentiatus in Jure Canonico aut Theologia, aliàs electio non Doctoris, cùm potest haberi Doctor, nulla est. [a] Ideo antem Sede Episcopali vacante tenetur Capitulum constituere Vicarium, quia difficilè est congregare Capitulum, præcipuè in iis quæ celeritatem desiderant, tum propter discordias, quæ possent oriri inter singulos. (b) Huc referri videntur Canonici Adjuncti, quos Capitulum initiô cujuslibet Anni eligit duos è gremio sui, de quorum consilio & assensu Episcopus extra Visitationem in formando Processu contra Cathedralium exemptarum Personas,

 usq;

Jure patr. lib. 12. *cap.* 2. *n.* 10. (*q*) Tambur. *lib.* 7. *Tract.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. (r) *Idem lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 36. (s) *Idem lib.* 4. *Cap.* 5. *n.* 55. (t) Pontius *in Tract. de Matrim. lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 4. (u) Quaranta *ubi supra quæsito* 6. *gl. in c. Cupientes. verb. Aliunde. de Elect. in* 6. (w) Tambur. *Tract. de Jure Abbatis. disp.* 23. *qu.* 2. (x) Vivian. *l. c. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 44. (y) *Conc. Trid. Sess.* 5. *de Reform. cap.* 1. Zerola. *in prax. Episc. verb. Capitulum.* (z) *Conc. Trid. Sess.* 24. *de Reform. cap.* 16. (a) *S. Congr. Conc. Trid. l. c.* (b) Rot. Rom. *par.* 2. *divers. Decis.* 222. *n.* 6. Riccius *in praxi Fori Eccles. decis.* 474.

usq; ad finem causæ Judicium exercere valeat: [c] & quia sub lata acceptione, Canonicatus Cathedralis potest dici Dignitas, [d] ideo Canonici possunt in Conservatores deputari, [e] possuntq; Delegati Summi Pontificis constitui, [f] nam Commissiones Justitiæ Jure antiquo nonnisi in Dignitate vel quasi positis, concedi solent. [g] Canonicis quoq; Cathedralibus Jus eligendi Episcopos competit. [h] & Illi dicuntur habere publicum Officium & continuum [i) quod utiq; hoc etiam in Regno Polono gloriosè exercent, cùm non alii nisi Cathedrales, ad faciendas Compositiones inter Spirituales & Laicos, respectu quantitatis Decimarum, ex præscripto S. Sedis Apostolicæ, assumuntur ab Episcopis seu Locorum Ordinariis, (k) cùm in supremis Regni Tribunalibus, tanquam Deputati Judices Spirituales, cum aliis Sæcularibus Causas Provinciarum cognoscunt & disjudicant, (l) aliaq; plurima ejusdem Regni Munia & Ministeria peragunt.

CONCLUSIO III.

PRælati & Canonici ob fructus Obventionum, Distributionum Præbendarumq; suarum, quos percipiunt; Choro, Capitulo ac Divinis præsentes adesse obstricti sunt. (a)

CO-

(c) Conc. Trid. *Sess.* 25. de *Reform. cap.* 6. (d) c. *Quamvis de Præb. in* 6. (e) *Constit. Nova Greg. XV. quæ incip. Sanctissimus. apud* Barbos de *Offic. & potest. Episc. Alleg.* 106. *n.* 55. (f) Conc. Trid. *Sess.* 25. de *Ref. cap.* 10. (g) *gl. in c. Statutum. de Rescript.* Masobr. de *Synd. cap.* 4. *n.* 5. (h) *Can. Sacrorum.* §. *Ex his. dist.* 43. c. *Quapropter. de Elect.* Abb. *in c. Statutum. e. t. n.* 4. (i) Socc. *in c. Sacris. de Sent. Excom. in* 6. (k) *Breve Urbani VIII. de Decimis apud* Zalaszovium *Jur.* Reg. *Polon. lib.* 3. *Par.* 2. *tit. ult.* (l.) *Constit. Comitiorum* R. G. *Varsav. Anni* 1578. §. 7. (a) c. *Licet vobis. de Præb.* S.C.Episc. *in Signipa* 12. *Jan.* 1604. Conc. Trid. *Sess.* 24. *Cap.* 12. §. *Præterea.*

COROLLARIUM I.

IN Canonicis Cathedralium duo diversa Jura reperiuntur, unum Canoniæ, alterum Præbendæ. (b) CANONIA est Jus spirituale, per quod quis habet non solùm Stallum in Choro, & locum sive vocem in Capitulo, quæ sunt propriæ & particulares prærogativæ Canonici, (c) verùm etiam Jus ad Præbendam, & facultatem actu percipiendi quotidianas distributiones; quod Jus provenit ex electione & receptione in Fratrem. (d) *Præbenda* est Jus spirituale recipiendi certos proventus in Ecclesia competentes ex Divino Officio cui Præbendatus deservit. (e) Canonica portio 2plex est, una quæ pro victu conceditur servientibus Ecclesiæ, & recitantibus Divinum Officium, altera quæ datur assistentibus tantùm in Ecclesia: & hæc potiùs Canonicalis portio dicenda, quàm Distributio. (f) Dicitur verò Præbenda à verbo præbeo, quia præbet redditus ad congruam sustentationem, (g) vel dicitur à pretio, quod quis pro labore recipit, (h) alii dicunt quod à prædio, quòd scilicet præbenda sit quoddam prædiū ipsius Beneficii, pro ejus dote assignatum. (i) Species Præbendarum sunt tres *1ma.* est quæ sumitur largè pro omni Beneficio, seu pro Jure percipiendi proventus Ecclesiæ ratione officii. (k) *2da.* sumitur pro Patrimonio & redditibus ipsius beneficii: (l) unde Canonicatus trahit ad se Præbendam, cùm sine ea non possit esse saltim diu, (m) & sicut obligatio est mater Actionis, (n) sic Canonia est mater Præbendæ. (o)

 3tio.

(b) Innoc. *in c.* 1. *de* Cleric. *non resid.* (c) Valenzuel. *in defensione Monitorii. Pauli V. par.* 4. *n.* 250. (d) Rot. *decis* 684. *par.* 1. *n.* 3. *divers.* c. *In genesi.* & *ibi gl. verb. vel quasi de Elect.* (e) *gl. in c.* Cùm M. de Const. *verb. receperint.* (f) Isid. Moscon. *de Majest. Milit. Eccles. lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 16. *vers.* Canonica. (g) Vitalin. in *Clement. fin. de Præb. n.* 38. (h) Card. *in d.* Clement. *fin. q.* 11. *n.* 11. (i) Caputaq. *decis.* 324. *par.* 3. (k) *arg.* c. *Tuaq. De verb. signif.* (l.) c. *Majoribus.* c. *Relatum. de Præb.* (m) Can. *Si quis objecerit* 1. *q.* 3. (n) *l. Licet. ff. de Procur.* (o) Host. *in Sum. tit. de Præb. n.* 1.

3tio. ſumitur pro certa portione per ſe diſtincta nihil Spiritualitatis habente, ùt pro quodam prædio & commoditate temporali, (p) qualis eſt, quæ conceditur etiam laico *vg.* Simphoniacis, Cymbaliſtæ, Organiſtæ, Advocato, Syndico. (q) Diſtingvitur autem Præbenda à beneficio, tanquam ſpecies à genere; appellatio enim beneficii, compleſtitur omnes titulos, ex quibus ratione Officii Spiritualis, competit Clericis jus percipiendi redditus Eccleſiaſticos: (r) at verò Præbenda Spiritualis, accipitur pro Jure illo, quod competit Canonico ad percipiendas diſtributiones, aliosq; redditus Eccleſiæ, ratione ſui Canonicatûs: (s) hinc contineri debet ſub ratione Beneficii. Cæterùm Canonia, ſeu Canonicalis Præbenda præſtantior & honorabilior eſt quocunq; aliô Beneficiô, (t) ideo in materia odioſa non venit nomine Beneficii; & licèt ad petitionem alicujus Oratoris concederet Pontifex Beneficium, quod vacaret in Cathedrali, tamen tunc non comprehenderetur Præbenda Canonicalis. (u) Utrum verò impetrans Canonicatum, teneatur in impetratione mentionem facere de Præbenda? controverſum eſt inter DD. alii enim negant ex eo, quia Canonicatus non poteſt eſſe ſinè Præbenda, quanquam Præbenda poſſit eſſe ſine Canonia. (w) Alii è contra tenent, teneri omnino nominare Præbendam, aliàs dicunt, impetratio laboraret vitiô ſubreptionis. [x] Porro Præbenda annexa Canonicatui, quæ Canonico dari conſvevit, ſi conceſſa ſit, cenſetur & Canonicatus conceſſus eſſe, non quidem jure acceſſorii, ſed jure connexitatis. [y]

CO-

(p) *text. in c. penult. de Magiſtr.* (q) Navar. *in Can. Quando de Conſecr. diſt.* 1° *Notabl. 7. n.* 24. (r) Sebaſt. Medic. *de definit. par.* 2. *cap.* 16. (s) c. *Cùm in Eccleſiis. de Præb. in 6.* & c. *Tua 32. de Verb. ſignif.* (t) c. *Statutum de Præb. in 6.* (u) Archid. *in Can. Alienationes.* 12. *q.* 2. c. *Quamvis. de Præb. in* 6. (w) Petr *de* Anchar. *in Reg. Acceſſorium. Col. 26. n.* 14. Fran. Duar. *de Sacris Eccleſ. lib. 2. cap. 8.* (x) Rota. *decis* 2. *Utrum ſi Canonicus de Præb. in Antiqu.* & *decis* 33. *quidam habens Canonicatum. de Reſcript. in Novis.* (y) Surd. *decis.* 199. *n.* 19.

COROLLARIUM II.

AD quem ſeu qvos pertineat proviſio Canonicatuum, ſeu Præbendarum Cathedralis Eccleſiæ, non eſt cautum expreſſo Jure: (a) nam hac de re ſi loqvuntur Jura, videntur loqui vel ſecundùm conſvetudinem & ſpeciale Jus Eccleſiæ, vel narrativè & ex ſuppoſitione; ſed non diſpoſitivè ſeu definitivè. (b) Igitur ex ipſo ſenſu communi DD. eruitur Proviſionem Præbendarum in Cathedralibus ſpectare ſimultaneè ad Epiſcopum & Capitulum, (c) quorum uno impedito, alter ſolus confert, (d) quia hujuſmodi jus conferendi, utriq; competit in ſolidum, ita, ut ſi unus conferre nolit, cenſeatur conſentire collationi per alterum factæ; (e) & in his ſimultaneis Collationibus tantam poteſtatem habet ſolus Epiſcopus per ſe, quantam habet totum Capitulum, & è contra. (f) Quodſi Epiſcopus conferat uni, Capitulum alteri, neutra collatio valebit, quia adinvicem ſe impediunt: & tunc Papa ſi providet tertio, iſtius jus potius erit, & hujusmodi proviſio Apoſtolica effectum habere debebit; (g) nec tunc eſt locus gratificationi durante diſcordia inter nulliter proviſos per Epiſcopum & Capitulum. Si verò inter dictas Partes libera non ſimultanea collatio prætenditur, & vertatur quæſtio ſuper manutentione, tunc eo caſu nihil aliud conſideratur niſi poſſeſſio, reſpectu cujuslibet Canonicatûs & Præbendæ; quæ inde plenè juſtificatur, ſi collatio effectuata appareat. [h] Si tandem collatio Præbendarum & Canonicatuum, ad Epiſcopum ſimul & Capitulum ſpectant, tunc

(a) Loter. *de re beneſ. lib.* 2. *qu.* 21. *n.* 9. (b) c. *fin* De *ſupl. Prælat. neglig.* c. *Ea noſcitur. De his, quæ ſiunt à Prælat.* & c. *Poſtulâſtis.* De *conceſſ. Præbend.* (c) *arg.* c. *Novit. De iis quæ ſiunt à Prælat.* & c. *fin. De ſuppl. Prælat neglig. verb.* Com. muniter. (Oldrar. *Conſ.* 200. *verſ.* Principium. (e) Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancell. gl.* 45. *n.* 69. (f) *arg. l.* Titio. *ff. De uſufr.* Rota *decis.* 783. *lib.* 3. *par.* 3. *divers.* (g) Rota *in Hiſpalens. Portinnis.* 19. *Januar,* 1594. (h) Lotter. *de re beneſ. lib.* 2. *q.* 21. *n. ult.*

tunc vacationes in Mensibus novem spectant ad Papam, reliqui tres ad Episcopum, (i) nam alternativa non intrat, cùm Beneficia sunt de simultanea collatione Episcopi cum Capitulo. (k) Si verò sint de libera collatione ipsius Episcopi, tunc alternativa intrat, & alternativæ gratiâ gaudens Episcopus, si resideat ad Ecclesiam aut Diæcesim suam verè & personaliter, tunc in Mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris & Decembris, Canonicatus & Præbendas vacantes providet. (l) Post Provisionem autem ritè factam, possessio Capitulariter capienda est, de quocunq; Canonicatu, sive Dignitate, quæ est de Capitulo, (m) alias possessio aliter facta non est considerabilis, (n) nec proinde manutenibilis, (o) debetq; capi possessio in sede propria Canonicali seu Dignitatis. (p) Limita *1mo.* si consvetudo sit in aliqua Ecclesia capiendi possessionem etiam non capitulariter. *2do.* si Capitulum ex nulla justa ratione denegavit possessionem, quia tunc aliter capta, habetur acsi capitulariter capta fuisset; (q) quo casu restituendi sunt fructus Canonico per tempus denegatæ possessionis eundem concernentes. (r) *3tio.* Si Canonicus successivè post adeptam possessionem ex patientia Canonicorum ad actus Canonicales, Canonicis tantùm competentes, admissus fuit. (s) Probatur verò capta possessio *1mo.* lectione Evangelii in sua hebdomada. *2do.* interessentia Electioni Episcopi, vel aliis negotiis Capitularibus. *3tio.* occupatione domûs quæ Canonico assignari consvevit. *4to.* receptione ad osculum Pacis cum aliis Canonicis. *5to.* lectione

Respon-

(i) *Reg. 8. & 9. Cancell.* (k) Rota *decis. 345. in recent.* (l) Rota. *coram Greg. XV. decis. 314. n. 4. & decis. 223. n. 4. par. 1. recent. & Reg. Cancell.* 9. Privilegium Concordatorum *pro Regno Poloniæ per Leonem Papam X. concessum & per Clementem VII. ampliatum, de quo* Piasec. *Par. 2. cap. 5. n. 8.* (m) Rota *in Pampilonen. Canonicatuum* 4. *Apr. 1631.* (n) Innoc. *in* c. *Literis. de Rescrip. n. 8.* (o) Rota *in Meten. Canonicatûs.* 4. *Julii* 1619. (p) Rota *in Tarraconen. Canonicatûs 26. Jun.* 1609. (q) c. *Si Capitulo. de Concess. Præb. in* 6. Rot. *in Alexandrina Archipresbyteratus 28. Julii* 1267. (r) Seraph. *decis.* 105. *n.* 1. (s) Innoc. *in c. Ex parte. de Restit. Spoliat. col. ult.*

Reſponſoriorum vel aliorum decantatione in Choro ejuſdem Eccleſiæ. Proviſi de Dignitatibus & Canonicatibus in Eccleſiis Cathedralibus, tenentur à die captæ poſſeſſionis ſaltim intra duos Menſes in manibus Epiſcopi, vel ejus Generalis Vicarii Orthodoxæ Fidei profeſſionem facere, idemq; etiam in Capitulo tenentur exequi, (t) non modò per ſe ſi poſſunt, ſed ſaltim per Procuratorem ſpeciale Mandatum ad id habentẽ, ſi ſunt impediti. (u) Limita dicta *1mo.* in Coadjutoribus Dignitatum ſive Canonicorum durante Coadjutoria. (w) *2do.* in Portionariis, aliisq; proviſis de Capellaniis Eccleſiæ Cathedralis. [x] *3tio.* in Dignitatibus & Canonicatibus Collegiatarũ. [y] Inſuper iis, qui in Cathedralibus vel Collegiatis Eccleſiis obtinent Dignitates, Perſonatus, Officia vel Præbendas, quibus aliqui Ordines ſunt annexi, tenentur eum Ordinem requiſitum intra Annum ſuſcipere: [z] & ordinariè Canonicatus dicitur Sacerdotalis, etſi id in Erectione expreſſum non ſit, ſi habeat annexum onus celebrandi Miſſas certis diebûs, quamvis etiam additum eſſet: ſive per ſe, ſive per alium, & quanquam eſſet Præbenda ſubdiaconalis, non ob id impeditur Canonicus Sacerdos, quin eam retinere poſſit. [a] Et quoniam promotio ad Ordinem requiſitum debet expediri intra Annum, ideo proviſio facta ante competentem ætatem, nulla & irrita eſt, nec ſufficit, quòd quis ſuſcipiat Ordinem ante ætatem legitimam; nè aliàs ex delicto ſuo videatur conſequi commodum. (b) Negligentes verò propriâ culpâ ſuſcipere Ordinem ſuo Perſonatui vel Dignitati debitum intra decurſum Anni, privantur *1mo.* carentiâ vocis in Capitulo. *2do.* finito prædictô Annô, privantur dimidia parte diſtributionum, ſalvo tamen jure retinendi idem benefi-

(t) Conc. Trid. *Seſſ.* 24. *de Reform. cap.* 12. *verb.* Proviſi. Barbos. *de Offic. & poteſt. Epiſc. part.* 3. *Alleg.* 61. (u) Vivianus *lib.* 15. *Cap.* 3. *n.* 27. (w) Garz. de *Benef. par.* 4. *cap.* 5. (x) *Idem ibid. n.* 13. (y) Conc. Trid. *loc. cit.* (z) *text. in Clem.* 2. *De ætat. &* Conc. Trid. *Seſs.* 22. *de Reform. cap.* 4. (a) Seraph. *decis.* 924. *n.* 1. (b) Hieron. Roderic. *in Compen. quæſt. regul.*

cium, [c] nisi moniti ab Ordinario promoveri recusent, quia tunc etiam privatione beneficii puniri poterunt. (d]

COROLLARIUM III.

DIstribuere, est suum cuiq; tribuere, (a) & inde distributiones dicuntur, quòd juxta cujusq; laborem, merita & qualitatem distribuantur, suntq; in triplici differentia. *1mo.* distributiones à Præbendis non distinctæ, idest fructus omnes Ecclesiæ, qui collecti, singulîs diebus distribuuntur cuilibet Canonico præsenti pro victu. (b) *2do.* distributiones à Præbendis separatæ, communia tamen bona constituentes, quæ dantur interessentibus Divinis Officiis, singulis hebdomadîs vel singulîs Mensibûs, iis qui resident, vel pro residentibus habentur. *3tiò.* cùm singulîs diebus vel horis distribuuntur portiones in pecunia, victu, potu vel alia specie, his qui personaliter adsunt Officiis Divinis; & hæ propriè distributiones quotidianæ sunt, quas nonnisi præsentes in Choro lucrantur. (c) Dicuntur *quotidianæ*, quia sunt quasi quotidianum seu diurnum stipendium illis debitum, qui quotidie Horis Canonicis intersunt; (d) & hujusmodi distributiones nuncupantur etiam manualia Beneficia. (e) Ideo autem sunt institutæ, ut præter spiritualia præmia, quæ à DEO pro Divinis Officiis consequuntur Clerici, temporale etiam stipendium pro victu ab Ecclesia reciperent, [f] sicq; frequentius ac devotiùs pro recitandis Horis Canonicis convenirent, (g) sicq; dantur propter interessentiam in Choro, ut causam & rationem formalem. Hinc absentibus minimè dari debent, non obstante quacunq; contraria consvetudine: qui enim eas ab-

sens

resol. 15. *n.* 14. (c) *c. Licet Canon. de Elect. in* 6. (d) *d. Clem.* 2. *De ætat. & qualit. in fine.* (a) *l.* 1. *ff. Familiæ hercisc.* (b) *c. Cùm olim de Verb. signif.* (c) Barbos. *de Dignit. & Canon. cap.* 21. *n.* 2. *& seqq.* (d) Monet. *de Distrib. quotid. par.* 1. *q.* 1. *n.* 9. (e) *c. Cùm olim. un. De Cleric. non resid. in* 6. (f) *Can. Clericus victum. Dist.* 20. (g) *c. un. de Cleric. non resid. in* 6.

ſens recipit, dominium earum non acquirit, nec facit eſſe ſuas, ſicq; ad reſtitutionem earum obligatur [h] ipſô factô, ſcilicet ante omnem Judicis ſententiam. [i] Habentur autem pro abſentibus *Excommunicati*, qui diſtributiones quotidianas amittunt, nec eas recuperant, (k) idq; etiamſi eſſent egentes, quia cùm poſſint pænitere, & id non curant, dicuntur pertinaciter Claves Eccleſiæ contemnere. (l) *ſuſpenſi* ab Officio, quia intereſſe Divinis Officiis nequeunt, ac ideo diſtributionibus privantur, (m) vel beneficio, ſed habita ratione, ne in opprobrium Cleri mendicare cogantur: (n) quanquam vulgariter malè meriti publica debeant laborare egeſtate. (o] *Item interdicti*, necnon tempore Ceſſationis à Divinis juſtæ ſive injuſtæ. [p] *Item verbaliter depôſiti & degradati*. (q) His vel ſimilibus, amiſſas ob non reſidentiam ſeu abſentiam diſtributiones, neq: Epiſcopus, neq; Capitulum remittere aut condonare poteſt. [r] Diſtributiones hujuſmodi per alios amiſſæ, ſi ſunt ordinariæ, accreſcunt iis ipſis, qui interſunt Divinis Officiis, tanquam in mercedem & honorarium majoris diligentiæ; (s) ſi ſunt extraordinariæ, illæ, quæ concernerent abſentes, applicari debent fabricæ Eccleſiœ vel alteri pio loco pro arbitrio Ordinarii. (t) Quare obtinentes in Cathedralibus Dignitates, Canonicatus, Præbendas aut Portiones, ultra tres menſes quolibet año ab iisdē Eccleſiis non abeſſe tenentur, (u) non obſtante quocunq; ſtatuto vel conſvetudine imò ſalvis Conſtitutionibûs illarum Eccleſiarum, in quibus longius ſervitii tempus requiritur. [w] Et hi tres Menſes contine-

(h) *d. c. un. loc. cit.* (i) Conc. Trid. *Seſs. 24. de Reform. cap.* 12. (k) c. *Paſtoralis.* §. *Verum. de Appell.* (l.) *d. c. Paſtoralis. & gl. ibid. in fine.* (m) Bonac. *de Cenſur. diſp. 3. q. 6.* (n.) *Can. Diaconi Diſt. 93.* (o) *l. Bona fides. ff. Depoſiti.* (p) *c. un. de Cleric. non reſid. in* 6. *& c. Si Canonici. §. Scituri. de Offic. Ordin. in 6.* (q.) Ugolin. *de Cenſur. tab. 2. Cap.* 12. (r) Conc. Trid. *Seſs.* 24. *de* Reform. *cap.* 12. Piaſec. *in prax. Epiſc. par. 2. cap. 5.* (s) *Clem. 2. de Vita & honeſt. Cleric. & gl. in Clem. 2. de ætat. & qualit verb.* Pars dimidia. (t) Conc. Trid. *Seſs. 22. de reform. cap. 3.* (u) Conc. Trid. *Seſs. 24. cap.* 12. (w) Navar. *Conſ. 2. de Cleric. non reſid.* Bonac. *de Horis Canonicis diſp. 2. q. 5.*

re debent XC. dies, poſſuntq; accipi non modò continui, ſed etiam interpolati; (x) in reliquis novem tenentur reſidere, aliàs ſi in iis notabiliter abſint, peccant mortaliter, (y) nec excuſantur, quòd in Civitate maneant, niſi Eccleſiæ debitîs horîs inſerviant. (z) Poteſt tamen Epiſcopus ſuæ Eccleſiæ Canonicum dispensare, ut abeſſe poſſit per qvatuor Menses. [a] In abſentes autem culpabiliter, ſtatuitur pæna, pro *1mo.* privationis dimidiæ partis fructuum, qvos etiam ratione Præbendæ & reſidentiæ fecerunt ſuos. *pro 2do* privatio omniũ fructuũ, qvos eodem Anno lucrati ſunt. *pro 3tio* contra eosdem, ùt contumaces proceditur, juxta Conſtitutiones Sacrorum Canonum; [b) & dictas pænas poteſt quidem Epiſcopus minuere, non tamen in totum tollere. (d) Porro ut qui licitè lucretur diſtributiones, duo copulativè requiruntur, ſcilicet juſta cauſa abſentiæ, & licentia. (e] Excuſantur verò ab abſentia, habenturq; pro præſentibus. 1*mo,* qui juſſu ſuarum Eccleſiarum occupantur negotiis, ob evidentem utilitatem & neceſſitatem earundem. [f] *2do,* infirmi, nonagenarii, viſu orbati, in cruribus ſeu tibiis debiles, leproſi, morbô contagioſô laborantes, ſeniô confecti. [g] *3tio.* abſentes ob metũ nè occidantur ab inimicis, vel tempore hoſtilitatis, ob bellum Civile, ob peſtem ubi non eſt Cura Animarum, exulati injuſtè; à participatione enim diſtributionum excluduntur negligentes & reſidere renuentes, non verò impotentes, & ii per quos non ſtat, quin non reſideant. [h] *4to.* abſentes in ſervitio Papæ lucrantur fructus, ſed non diſtributiones. [i]

5to.

(x) Menoch. *de Arbitr. Caſu* 50. *n.* 12. (y) Sanctarel. *Variar. Reſol. qu.* 4. *n. 19.* (z) Nicol. Garz. *de benef. par.* 2. *cap.* 2. *n. 322.* (a) Alzed. *de præſtantia Epiſcop.* Dignit. *par.* 2. *cap. 9.* (b) Piaſec. *in praxi Epiſc. par.* 2. *cap.* 9. S. C. Conc.. *d. Cap.* 12. (d) Nicol. Garz. *de Benef. par. 3. cap.* 2. *n.* 150. (e) c. *Relatum.* de Cleric. *non reſid. verb.* Prælatorum (f.) S. R. Conc. 13. *Jan.* 1603. (g) c. 1. *De Cleric. non reſid. in 6.* Franc. Leo *in Theſauro Fori Eccleſ. par.* 3. *cap.* 2. (h) Barbos. *de Dignit. & Canonic. cap.* 24. *tot. tit.* (i) c. *Dilectus. de Cleric. non reſid.*

5to. Canonici duo ad mentem Sacrorum Canonum assistentes Episcopo pro Ejus & Ecclesiæ servitio: [k] Episcopus enim est in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo. [l] *6to.* Canonicus Doctoralis deserviens Episcopo, Ecclesiæ deservire censetur. [m] *7mo.* servitium 40. Annorum Ecclesiæ præstitum, liberat beneficiatum à residentia, modò Ecclesia Ministrorum non patiatur defectum. [n] *8vò.* Inquisitores contra hæreticam pravitatem. (o) *9nò.* Consultores, Procuratores, Secretarii, Fiscales, Commissarii ad Causas S. Officii Deputati, durante suo obsequio, favore Fidei. *10mo.* Archidiaconus vel Canonicus visitans Ecclesiã Jura vel redditus suæ Præbendæ, non amittit distributiones, quia censetur servire in re utili Ecclesiæ. [p) *11mo.* Canonicus Pænitentiarius excipiens Confessiones, cùm recitantur Divina Officia. [q] *12mo.* Theologalem Præbendam retinens, diebûs quibûs legit, habendus est tanquam præsens in Choro. [r] *13tio.* Concilio Generali interessentes Theologi sive Canonistæ. [s] *14tò.* interessentes Concilio Provinciali vel Synodali, aut missi à Capitulo ad publica Munia Magistratûs, Jurisdictionis, Judicii, Legationis ad Papam, Principem & ad alia Officia suæ Ecclesiæ servientia, tum Canonicus Sede vacante Electus in Vicarium Generalem, Officialem & Visitatorem, [t] vel missus ab Episcopo ad visitanda suo nomine Limina Apostolorum. [u] Sed hoc quoq; specialiter advertendum, quòd ubi nullæ sunt in aliqua Ecclesia distributiones, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tunc tertia pars quorumcunq; fructuum tam dignitatum & Canonicatuum, quàm aliorum omnium ejusdem Ecclesiæ Beneficiorum separari debet, & in quotidianas distributiones conver-

(k) c. *De cætero. c. Ad audientiam. e. t.* (l) *Can. Scire debes. 7. q. 1.* (m) Put. 293. *lib. 3. in correct,* (n) Barbos. *loc. sup. cit.* (o) Const. PAULI III. & PII V. (p) Azor. *Instit. Moral. par. 2. lib. 7. q. 10.* (q) Bonac. *de Hor. Canon. q. 5. pun. 3.* §. 5. (r) GREG. XIII. Armendar. *tit. de resid. Canonic. n.* 58. (s) Jacobus de Conc. *lib. 5. Art. 6.* Barbos. *par. 3. Alleg.* 53. (t) Barthol. à S. Fausto, *de Hor. Canonic. lib. 3. q. 68.* (u) Const. SIXTI V.

converti. [w] De hujusmodi Distributionibus ritè perceptis potest Beneficiarius pro suo arbitrio & libertate disponere, etiam per ultimam voluntatem: [x] dantur enim ob personale ministerium, tanquam merces operis, stipendium laboris; transeuntq; in patrimonialia, quorum beneficiarius est absolutus Dominus. [y] Interim licèt distributionum adinventio, utpote Cultûs Divini incrementum respiciens, sit ex se bona, (z) tamen videtur præbere occasionem delinquendi malè affectis, & terrennis lucris nimiùm intentis, qui dum adeunt Chorum præcisè & merè ob distributiones, ut eas percipiant, graviter peccant, & mentalem simoniam committunt. (a)

COROLLARIUM IV.

Optio est jus quoddam Capitulo, seu Collegiali alicui Ecclesiæ, ex consvetudine vel statuto competens, ut antiquiores gradatim vacantem Præbendam, quæ reservata non est, propria dimissâ, intra certum tempus eligere posint. (a) Unde Optio inducitur non à jure communi, sed à consvetudine, Privilegio, Statuto vel Indulto Apostolico: (b) & hæc permutatio deterioris Præbendæ in meliorem, inter ipsos Canonicos, fit absq; ulla Simoniæ labe, ex eo, quia præbendalia consistunt in mera & nuda temporalitate, uti conflata ex ipsis prædiis, (c) præcipuè cum annexio prædii præbendalis sit revocabilis; ideo benè se compatitur cum ipso jure optandi, (d) secus, si annexio fuerit perpetua, ita scilicet addictum

(w) Conc. Trid. *Sess.* 12. *de reform. cap* 3. (x) *d. c. un.* De Cleric. *non resid. in 6.* (y) Dominic. *in c. Præsenti. 9.* de *Offic. Ordin. in* 6. Joan. Valer. *de differentia inter utrumq; Forum. verb.* Munera *differ.* 1. *n.* 14. (z) Barbat. *de divis. par.* 1. *cap.* 15. *n.* 69. Turrecr. *in c.* Clericus. *n.* 91. (a) Bonac. *de Sim. q. 3. n.* 13. (a) Bonifacius VIII. *in c. fin.* de *Consvet. in* 6. Alexand. Cons. 105. *lib.* 5. *n.* 9. (c) Host. *in c.* Quæsitum. *De Rerum permut. n.* 2. (d) Abb. *in c. Majoribus. de Præb. in 6.*

dictum & incorporatum præbendale prædium certo Canonicatui, ut ab eo divelli, & ad momentum ſeparari nequeat; tunc enim non aliter permittitur Optio ſeu permutatio, niſi interveniente authoritate Superioris, inſtituere habentis. (e) Fieri ſolent optiones intra dies viginti à die veriſimilis ſcientiæ vacationis, (f) debentq; regulariter antiquiores priùs optare, quàm juniores; intellige, antiquiores receptione, qui aliàs diutius in Eccleſia militârunt, non ætate: (g) & ſi non optat primus antiquior, optet ſecundus, ſi hic non vult, optet tertius, & ſic per conſequens *gradatim*. (h) Ubi eſt conſvetudo vel ſtatutum, poterit abſens per Procuratorem habentem ſpeciale mandatum optare. (i) Non habet autem locum optio in Beneficiis ſeu Præbendis in Curia vel apud Sedem vacantibus, nec in Beneficiis, ſive generaliter ſivè ſpecialiter reſervatis. (k)

COROLLARIUM V.

OBligatio Canonicorum in his potiſſimum conſiſtit; nimirum in Stallo & Choro cum participatione Divinorum, ac in loco habito in Capitulo; (a) quibus muneribus per ſeipſos ſatisfacere tenentur, niſi fuerint legitimè impediti. (b) Deinceps obtinentes Dignitatem cum Canonicatu aut Portione, utriusq; Beneficii onera ſubire debent, qui enim duplices fructus percipit, duarum perſonarum vices ut ſubeat, neceſſe eſt. (c) Tenentur autem Canonici perſonaliter Choro adeſſe, quia inde familiaritatem fraternitatemq; contrahunt:

[d]

(e) Hoſt. *in d. c. Quæſitum n. 3.* (f) *gl. in d. c. fin. de Conſvet. in 6. verb. Viginti.* (g) *c. fin. verb.* Antiquiores. (h) *c. fin. de Conſvet. in 6.* (i) Monet. *Tract. 4. qu. 3. n. 31.* (k) *arg. d. c. fin. de Conſvet. in* 6. (a) *c. Relatum. c. Dilectus. & c. Dilecto. de Præb. & Dignit.* Conc. Trid. *Seſs.* 24. *de Refor. cap.* 12. (b) S. Rit. Cong. *in una Egitanien. 23. 9bris* 1602. Barb *de Officio & poteſt. Episc. par. 2. Alleg.* 24. *n.* 28. (c) *arg. l. Tutorem. ff. De his quibus*

(d) tenentur in Choro canere, idq; sub onere restitutionis dismembrationum, (e) faciunt tamen nonnulla Jura, vel fortè consvetudines, quæ interessentibus licèt non cantantibus Canonicis, distributiones adsciscunt. (f] Circa cujusmodi interessentiam in Choro plurima sunt, quæ sanciuntur: (g) Ideoq; creatur Punctator, qui jurat, munus suum fideliter se obiturum in notando, qui non intersunt Divinis, & Canonicus de Choro exire volens, nè punctetur, veniam à quo moris est, petere debet. (h] Laicis verò in Choro inter Canonicos & alios Ecclesiæ Præbendatos stare vel sedere prohibitum est, etiamsi Illustres sint, & de Magistratu, (i) pro his enim debēt esse distincta & separata in Ecclesiis loca. (k) Quantum ad obligationem præsentiæ in Capitulo, certum est Canonicos non posse licitè abesse à Congressibus Capitularibus, ipsis enim incumbit, non modò servitium Ecclesiæ, Altaris & Chori, quæ spiritualia sunt; sed etiam gubernium rerum Ecclesiæ & Capituli tanquam temporalium, in quibus bonum publicum consistit: (l) & defacto habere & dare vocem in Capitulo ratione authoritatis & honorificentiæ, est fructus Canonicatûs, (m) sicut judicare est fructus Jurisdictionis seu Officii; [n] ideo ad solos Canonicos & Dignitates Canonicali Præbendâ non carentes pertinet vox in Capitulo, (o) cùm appellatione Capituli tanquam Senatûs Ecclesiæ, soli Canonici contineantur, (p) idq; in Sacris constituti, saltim scilicet

ut in dign. (d) *gl. in c.* Cùm R. Canonicus. 35. *de Offic. Deleg.* (e) Conc. Trid. *Sess.* 24. *de Refor. cap.* 12. & *Sess.* 22. *cap.* 4. (f) *c. Licet. de Præben. c. unic. de Cler. non resid. in* 6. Conc. Trid. *l. c. ibi*: Qui statis horîs interfuerunt, recipiant. (g) S. Cong. Episc. & *Regular. in una Theat.* 18. *April.* 1617. (h.) S. R. C. *in Cassan.* 5. *Mart.* 1633. (i) S. R Cong. *in Compostellana.* 21. *Febr.* 1604. & *altera.* 4. *Febr.* 1600. (k) S. Cong. *in Elber.* 8. *Januar.* 1605. (l) l. 1. *ff. de Jur. & Just.* §. *hujus Studii.* (m) *arg. Clemen.* 2. *de ætat. & qualit.* §. *Jus verò.* (n.) Mohedan. de Appell. *decis.* 5. *n.* 3. Abb. *in c. Cùm accedentes. de Præscript. n.* 2. (o) Raguell. *de voc. Canonicorum in Capitulo. qu.* 5. *n.* 1. (p) Joan. Calvinus *in Lexicone Juris*

cet in Subdiaconatu, (q) ſuper quo nè quidem Capitulum diſpenſare, nec Canonicus quoquo modo id ſibi præſcribere poteſt, (r) niſi fortè ex fundatione, Statuto aut Privilegio alicubi hoc permitteretur, (s) vel ſi id favore Canonici ſupernumerarii cum plenitudine Juris Canonicalis Papa conceſſit, (t) vel ſi cũ quo diſpenſavit, ut ante legitimã ætatẽ promoveatur ad ſubdiaconatûs Ordinẽ. (u) Capitula fieri ſolent ordinaria vel extraordinaria, nempe deſtinatîs diebûs vel Menſibûs, vel quoties id expedire videbitur, aut debere illud convocari, per Canonicos inſtabitur, [w) quæ tamen fieri non debent, cùm celebrantur Divina Officia, niſi ex præurgenti neceſſitate, (x) ad quæ peragenda convocandi ſunt etiam abſentes, ſpecialiter quoad Electiones; (y) ad quas non invitatus ſeu non vocatus, poteſt irritam reddere Electionem, (n) niſi velit eam ratam habere: non enim electio quibuſdam non vocatis eſt ipſo jure nulla, ſed duntaxat inſtantibûs contradictoribus annulanda. (a) *item* quoad receptionem Canonicorum aut collationem beneficiorum. (b) item quoad tractanda ardua & majora negotia. (c) Poteſtas Canonicorum conſiſtit in majori & Saniori parte Capituli, (d) non enim ſufficit ut ſit pars major numerô, niſi ſit & ratione Sanior, (e) niſi fortè eſſet magnus exceſſus in numero: (f) cæterùm hoc amplectendum eſt, quod ſentit pars Sanior Capituli, quàm major pars numeri, (g) nec confirmari poteſt, niſi quod

F con-

Civilis & Canonici Theoretici & Practici verb. Capitulum *fol.* 239. Abb. *in c. Scriptum. & c. Dilecti. de Majorit. & Obed.* (q) Conc. Trid. *Seſſ.* 22. *de Refor. cap.* 4. (r) S. Conc. Congr. 20. *April.* 1602. Navar. *Conc.* 7. *de Cleric. non reſid.* (s) Portel. *in dubiis Regular. verb.* Electio. *n.* 6. (t) Riccius *in praxi aurea Reſol.* 263. (u) Felin. *in c. Poſtulâſti. de Reſcript. n.* 11. (w) S. Congr. Epiſcop. & Regul. *in Ripana.* 6. *8bris* 1617. (x) *S.R.C. ad Archiep. Elixbonen.* (y) c. *Quia propter de Elect.* (z) c. *Quod ſicut. de Elect.* (a) c. *Bonæ e. t.* Ric. *in prax. rerum Fori Eccle. par.* 4. *Reſol.* 44. (b) c. *Cùm. in Eccleſiis. de Præb. in* 6. (c) Bertach. *de Epiſcopo. par.* 3. *qu.* 7. *n.* 9. (d) c. *Quia propter.* c. *In Geneſi.* c. *Dudum. de Elect.* Rota in Leodien. *Decanatùs* 26. *Febr.* 1627, (e) *d.* c. *Quia propter.* (f) Menoch. *de præſumpt. in* 6. (g) c. *Coram.* 35. *de Elect.*

constet copulativè factum esse à majori & Saniori parte: (h) & quod ab hujusmodi Parte fit, à toto Capitulo intelligitur esse factum. (i) Vota extra Capitulum, & post factum scrutinium non valent, (k) ideo non est habenda ratio illorum, qui recedunt à loco, ubi *vg.* facienda Electio, vel qui votare nolunt. [l] Ternarius numerus facit Capitulum, (m) ideo in tres præsentes Canonicos transfunditur potestas Capituli, (n) nec unquam dissolvitur Capitulum, nisi per mortē omniū Capitulariū (o) Acta Capitulorū illa vel maximè valida sunt, in quæ saltim duæ ex tribus partes concordant, aliter facta nullius sunt vigoris. (p)Sunt tamen casus, quibus non modò major pars, verùm etiā unus, totius Capituli potest invalidare actum. *1mo.* si quis Canonicorum vocandus, canonicè ad actum accersitus non fuit, hic enim totum id rescindi facere potest, quod ab aliis constitutum fuit, (q) quia in actibus Collegii plus nocet contemptus unius, quàm multorum contradictio: contemptus enim est contra justitiam, cùm quis sine causa, jure suo privatur. (r) *2do.* cùm negotium, de quo capitulariter agitur, singulos Canonicos separatim concernit, singulisq; aliquod præjudicium infert, [s] ùt dicitur: *in bursalibus*, seu in iis quæ jure singulari alicui competunt, etiam unius oppositio valet. [t] Primam vocem habere in Capitulo, est maximi honoris signum, (u) ideo antiquior receptione Canonicus habet primā vocē, quia hæc utilior & sanior esse præsumitur, aliisq; imitabilis, (w) interea in resolvendis negotiis major auctoritas est illius Canonici, qui est Episcopus,

[x] &

Joan Garz. *de Nobilit.* §. 2. *n.* 20. (h) Rendina *in prompt. recept. Sent. tom.* 1. *tit.* 36. *n.* 3. (i) c. 1. *De his, quæ fiunt à majori parte Capituli.* (k) Host. *in c. In Genesi. de Elect. n.* 7. (l.) Abb. *in c. Nobis. e. t. n.* 5. *Clemen. Quod circa. & ibi gl. verb. quo in facto.* (m) *gl. in d. Clemen.* Quocirca *de Elect.* (n) c. *Potuit. de Locat. & Conduct.* (o) Bald. *in c. Nullus. de Elect. n.* 4. (p) Archid. *in Can. Si quis. dist.* 79. *d. c. Quod sicut. de Elect.* (q) Abb. *in d. c. Quod. sicut, n.* 9. (r) Abb. *l. s. c. & c.* 1. *De his quæ fiunt. à maj. par. Cap.* (s) c. *Cùm omnes. de Constit. vers.* Sed ut singuli. (t) Bero. *in d. c. Cùm omnes. n.* 58. (u) *Can. Quia tua. dist.* 50. Præpositus. *in Can. Episcopus. dist.* 17. (w) *Can.*

[x] & ponderosior vox censetur Canonici literati & habentis experientiam, quæ est veritatis legitima probatio & efficax rerum Magistra: (y) & licèt Vocalatus sit honor, est tamen & onus, Capitularibus principaliter injunctum, quatenus eo, bono communi prospiciatur; quare à votando, cùm opus est nemo se eximere debet: (z) aliàs peccat graviter vel leviter pro qualitate materiæ propositæ, cogiq; potest ad votandum, [a] ac tenetur ad resarcienda damna ex omissione & reticentia sui voti consequuta. (b) Deniq; obligatur quivis Canonicus re aliqua proposita, pro vel contra se, exire de Capitulo, donec negotium ipsius discussum fuerit, (c) ac servare Secreta Capituli sub fide jurata, & pœnis sacrorum Canonum, contra perjuros Clericos sancitis. [d]

CONCLUSIO IV.

PRælati & Canonici Cathedralium præscriptis à Jure qualitatibus excellere & præeminere adstricti sunt. (a)

COROLLARIUM I.

SAcrum Conc. Trid. cupiens solicitè providere Dignitatibus, Canonicatibus & Beneficiis Ecclesiarum Cathedralium & Collegiatarum, statuit: ut qui illa obtinent, possint

 aliis

Miramur. dist. 61. (x) *gl. in Can.* Canonicis *dist.* 19. (y). *Quàm sit c. de Elect. in* 6. Job. *cap.* 12. *ibi.* In multo tempore adest prudentia. (z) Emin. Lugo. *de Jur. & Just. disp.* 19. *Sect.* 2. (a) Valer. *de Differ. utr. For. verb.* Suffragium. *n.* 1. (b) Innoc. *in c.* 1. *De his quæ fiunt. à jori par. Cap.* (c) Barb. *de Dignit. & Canonici. cap.* 42. *n.* 12. Felin. *in c. Ex Literis, de Probat.* (d) Host. *in c.* Clericos. *de Vita. & honest.* Cleric. Cardos. *in praxi Judicum. verb* Canonicus. *n.* 20. (a) *Can.* Nec *sufficere.* 8. *q.* 1.

aliis bono exemplo esse, atq; virtutibûs prælucere; hinc voluit esse personas tales, qui muneri suo responderent, & requisitas qualitates sequentes præseferrent. *1mo.* ætatem & eruditionem. *2do.* Sacros Ordines. *3tio.* promotionem gradûs, *4to.* præsentiam circa Divina Officia. *5to.* residentiam circa suam Ecclesiam. *6to.* honestum habitum & mores suo statui congruentes. [b] Debent igitur ante omnia in Cathedrales Canonicos eligi Clerici, (quia laici prohibentur,) [c] in Ordine Presbyterarûs, Diaconatûs, aut Subdiaconatûs constituti, ita saltim ut dimidia pars Canonicorum sint Presbyteri, cæteri vero Diaconi vel Subdiaconi, nisi laudabilis consvetudo requirat, plures aut omnes Presbyteros; (d) hoc tamen decretum non habet locum in Ecclesiis Collegiatis, circa quas nihil innovavit & immutavit prælibatum Concilium, unde quoad hoc punctum, juri antiquo standum est. (e)

COROLLARIUM II.

OLim ad Canonicatum Cathedralem, quidam septennium completum, quidam decimum quartum Annum necessarium existimaverunt: [a] hodie ex nova dispositione Juris, Canonici Cathedralium tenentur habere Ordinem Sacrum, & qui eo initiati non sunt, recipi non debent; (b) & saltim in ea ætate sint, ut infra annum promoveri possint, sicq; Canonicatus, Subdiaconalem in Anno 21. Diaconalem in Anno 22. & Sacerdotalem in Anno 24. obtinere poterunt, [c] sufficiuntq; hi Anni ingressi, licet non completi; [d] quod procedit, etiamsi Canonicatui esset accessoriè unita Parochialis in per-

(b) Conc. Trid. *Sess.* 24. *de Reform. cap.* 12. (c) c. 2. *de Instit.* c. *Cum adeo de Rescript.* & c. *Ex literis. de Transact.* (d) Aloys. Ricc. *in prax. Aurea. Resol.* 238. Ugolin. *de Offic. Episc. cap.* 19. (e) Navar. *de temp. Ordin. Cons.* 3. *in antiqu.* & *de ætate* & *qual. in novis.* Piasec. *in prax. Episc. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 21. (a) *Steph.* Grat. *Discept. Foren. tom.* 4. *cap.* 591. *n.* 4. (b) Conc. Trid. *sess.* 23. *de Reform. cap.* 5. (c) Flamin. Paris. *de Resign. Benef. lib.* 4. *qu.* 9. *n.* 11. (d) Steph. Grat.. *l. c. n.* 18.

perpetuum; quia non hujus, ſed illius natura eſt attendēda. (e) Ad Dignitates, Decanatum, Archidiaconatum & alias, quibus cura Animarum ſubeſt, nullus promovendus venit, qui ſaltim 25. ætatis annum non attingat, munuſq; ſuum dignè exequi valeat, [f] intellige, ſi hujuſmodi cura, principaliter Dignitatem reſpiciat, ſecus, ſi Parochialis Dignitati ſit juncta; nam tunc ætas, non ùt ad Curatum requiſita, ſed ut ad Dignitatem idonea ſufficit. [g] Ad cæteras verò Dignitates vel Perſonatus annexam curam Animarum non habentes, Clerici Annîs 22. non minores, ideſt actu completos habentes idonei eſſe decernuntur, ſuper quo defectu ætatis, Epiſcopus diſpenſare non poteſt. [h]

COROLLARIUM III.

AD obtinendum Canonicatum in Cathedralibus, debet probari puritas Sangvinis, per teſtes deponentes, de publica voce, fama & communi hominum exiſtimatione, [a] quæ fama inconcuſſa eſt plenèq; probans. ſi originem ducat à fide dignis, ortaq; ſit ex juſtis & probabilibus cauſis, [b] taliſq; ad probationem Nobilitatis, puritatis aut alterius bonæ qualitatis ſufficit: (c) præcipuè cùm Contradictores non adſunt (d) In cauſa ſtatûs, cùm agitur de jure reali, ùt puritate Sangvinis, ſententia inter duos lata, facit jus quoad omnes; (e) jura enim Sangvinis ſunt realia, naturalia & perpetua quos tangunt, (f) & ſententia lata ad favorem unius,

(e) Anaſt. Germon. *de Indultis Cardinalium. verb. quibuſvis. n.* 6. (f) *c. Cùm. in cunctis. c. Licet Canon. de Elect. in* 6. & *Conc. Trid. l. s. c*, (g) Galer. *in Margaretha Caſuum Conſcientiæ verb. Parochus.* §. 6. (h) *Conc. Trid. l. c. cap.* 12. *vers. ad Cæteras.* & *S.* C. C. 22. *7br s:* 1631. (a) *Greg. XV.* Decis. *498. n.* 4. (b) Can *De Parentela.* 35. *q.* 6. *l. Si Arbiter. ff, de* Probat. (c) *l. Providendum.* C. *de Poſtulando. Tiraq. de Nobilit cap. 37. n.* 84. (d) Abb. *in c. Veniens. de Teſtib,* (e) *l. Ingenuum. ff. de Stat. homin.* & *ibi gl.* (f) *l. Qui aliena.* §. *fin. ff. de negot. geſt. l. Jura Sangvinis. ff. de Reg. Jur.*

us, omnibus prodeſt. (g) Eſt autem optimus modus probandi Nobilitatem & puritatem Sanguinis, cùm oſtenduntur Deſcendentes, ab eodem Genere & Origine habuiſſe Officia, ad quæ nonniſi Nobiles & puri ſanguinis admittuntur. (h) Quodſi aliquando contigerit, æqualem probationem fieri ſuper puritate & impuritate Sangvinis, ſemper illa prævalet, quæ pro puritate eſt, quia favores ampliari convenit, & in hujuſmodi concurſu ſemper eſt potentior bona fama: (i) admiſſus verò ſemel ùt purus ad Canonicatum, ſi illum reſignet, poteſt alium iterum in eadem Eccleſia obtinere ſine nova ſuæ Nobilitatis probatione, quia cùm ſemel conſtiterit de qualitate Generis, non opus eſt alia demonſtratione. [k] Jllegitimi autem in Canonicos promoveri non poſſunt, quia hi ſine diſpenſatione Papæ, aut Epiſcopi nullius Beneficii capaces ſunt; [l] & quanquam aliqui affirment Epiſcopum poſſe diſpenſare cum illegitimis ad conſequendos in Cathedralibus Canonicatus (m) tamen negativa tutior & novo jure firmior eſt. [n] Neophyti verò non prohibentur in Canonicos aſſumi, modò reperiantur idonei, [o] niſi forte ſpeciale Statutum alicujus Eccleſiæ obſtet, idq; ex legitima cauſa: (p) dixi: ex cauſa legitima, quia hujusmodi Statuta ùt ſunt pænalia, ita ſtrictæ interpretationi ſubeſſe debent, (q) tum quia huiusmodi pæna videtur infligi propter delictum alterius, nemo autem odiô alterius gravari debet. (r) Pauperes quoq; Præbendis Eccleſiæ Cathedralis providendi non ſunt,

(s) ri-

(g) *Angel. in Authen. Ut liceat Matri & Aviæ. §. ad hæc.* (h) Rota *apud. Cæſar.* Graf*fis. decis. 2. n. 1. vers. 4. Qui filii ſint legit.* (i) Perez. *de Larabe* Capell. *& Annivers. lib. 1. cap. 4. n.* 35. (k) Ricciol. *cap. 7. n. 30. & ſequ.* (l) *gl. in c. fin. de Filiis Presbyt.* (m) Azor. *Inſtit. Moral. par. 2. lib. 6. cap. 3. qu.* 11. Franch. Gemin. *& alii.* (n) Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de Reform. cap.* 12. (o) c. *Eam te. de Reſcript. &* c. *Ad decorem. de Inſtit.* (p) Joan. Eſcobar. *de purit. & Nobilit. probanda par.* 1. *qu.* 2. *n.* 54. (q) *d.* c. *Eam te. de Reſcript.* Rot. *in Ulixbon. Quaternariæ.* 13. *Jan.* 1624. (r) c. *Non debet. & ibi gl. de Reg. Jur. n* 6.

(s) ridiculum enim vulgo foret, rudem & pannoſum Clericum, Canonicum Eccleſiæ Cathedralis videri, (t) nam cùm pauper præſumatur perſona vilis, [u) Canonicatus verò Cathedralis ſit honor magnus & præeminentia, [w] ideo videtur non eſſe conveniens, pauperem promoveri ad Canonicatum, niſi forſan ſit literatus, tales enim etiam inopes quondam ad Prælaturas & Principum Munera, aliasq; ſublimes Dignitates aſſumebantur, [x] ſicut & nunc etiam ignobiles ob præſtantiam doctrinæ ad Canonicatus Cathedralium Eccleſiarum admittuntur. [y) Debent autem Cathedrales Canonici uti ſemper veſtitu decenti, ad majorem ſuæ dignitatis ſplendorem, [z] debentq; aliquod Diſtinctorium ſeu ſignum deferre propter dignitatem, quam habent & præeminentiam, ſuper alios Clericos, ut dignoſcantur à cæteris; [a] quod quidem ſignum de novo concedere aut conceſſum mutare, ipſe Summus Pontifex ſolet, [b] ſicut & novæ Dignitates abſq; Authoritate Apoſtolica in Cathedralibus nequeunt inſtitui, [c] Epiſcopus tamen de conſenſu Capituli, antiquas reſtaurare, (d) imò aſſiſtente conſuetudine, non modò Rectorias in Parochialibus, ſed etiam Dignitates in Collegiatis & Cathedralibus erigere valet. [e]

COROLLARIUM IV.

CAnonicatum Cathedralis Eccleſiæ, ſeu Dignitatē in ea, etiam ſine jurisdictione obtinens, majori debet eſſe præditus ſci-

(s) Rebuff. *in prax. benefic. tit. de Reſcript. in forma pauperum.* (t) *jux. text. c. Statutum. de Reſcript. in 6. verb.* commitantur. (u) *l. 2.* C. *Quando & quibus quarta pars. ibi & paupertatis detegi vilitatem. & Authen. de Mandatis* Principum. Collat. 3. (w) c. Quamvis. §. *Quauquam. de Præb. in* 6. Rota *decis. 26. n. 6. de Præb. in novis.* (x) Rebuff. *de Privileg. Scholar. privil.* 43. (y) *text. in c. Venerabilis. 37. de Præb.* (z) Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de Refor. cap.* 12. *vers.* Veſtitu inſuper. (a) Novar. *Rerum Forens. tom.* 1. *qu. 24. n.* 15. (b) *S. Rit.* Congr. *in una Hydriuntina. 1. 7bris. 1612. & altera Elven. 10. Jan.* 1604. (c) c. *Cum olim. de Conſvet. & ibi. gl. verb.* Conceſſimus. Felin. *in* c. *Cum acceſſiſſent. de Conſtit. n. 24.* (d) Filluc. *in Quæſt. Moral Tract. de Benef. 41. cap.* 3. (e) Rota *in una* Forol. *Decanatûs. 4. Julii.* 1590.

ſcientiâ, quàm is, qui ſimplex, & reſidentiâ carens vellet conſequi Beneficium, (a) debetq; in Literis ita eſſe verſatus, ut conſiliô ſuô poſſit Eccleſiam & Epiſcopum juvare, (b) ac illis per prudentiam & peritiam ſuam prodeſſe, [c] munusq; Ordinem & Canonicatum ipſiusreſpiciens competenter exequi & exercere valeat; [d] ideo Examinatores cum ejusmodi Canonicando ſtrictiùs, procedere debent, cùm Beneficium Simplex, perpetuam tamen reſidentiam requirens, comparetur Curato, (e) tum quia cauſæ à Sede Apoſtolica, inter alios, vel maximè Canonicis Eccleſiæ Cathedralis committi ſolent. (f] pro dignitate autem & loco præſumitur, ut quis peritus ſit, (g) & ex eo Canonicus Eccleſiæ Cathedralis recuſari nequit ut ſuſpectus ratione imperitiæ, pro cujus idoneitate ſtat præſumptio, nec admittitur in contrarium probatio. (h) Inde eſt, quòd Sacroſanctum Conc. Trid. meritò hortetur & moneat, eos ad quos de jure ſpectat, ut ubi commodè fieri poteſt, Dignitates omnes Eccleſiæ, & ſaltim dimidia pars Canonicatuum, in Cathedralibus & Collegiatis Inſignibus, conferantur Magiſtris, Doctoribus, aut Licentiatis in Sacra Theologia, vel Jure Canonico, (i) qui ad Præbendas, ex Statuto Eccleſiarum à Sede Apoſtolica confirmato, & favore Nobilium condito, licet Nobiles non ſint, tamen admitti poſſunt; (k) & regulariter Canonici docentes Sacram Scripturam, de jure communi gaudent & fruuntur omnibûs privilegiîs, de perceptione fructuum Præbendarum ſuarum; quod ipſum extendi debet & ad Doctores Juris Canonici, cùm hodie ad benè regendam Eccleſiam, non

minùs

(a) Hoſtien. *in c. 2. de Inſtit. verb.* Idoneis *n. 7.* (b) Roderic. *in ſuo Speculo. par. 2. cap.* Conc. *Trid. Seſs.* Cap. 12. *de ref.* (c) c. *Novit. c. Quanto. de His quæ ſiunt à Prælat.* (d) Abb. *in c. Cùm in cunctis. de Elect. n. 4.* (e) Barb. *de Offic.* 69. (f) c. *Statutum. de Reſcript. in* 6. (g) *gl. in d. c. Statutum verb.* Canonicis. (h) Marc. Anton. Genu. *in pract. Eccleſ. qu.* 612. *n.* 1. *&* 3. (i) Conc. *Trid. Seſſ. 24. de Refor. cap. 12. c. Cum ad decorem. de Inſtit.* Zerol. *in prax Epiſc. par. 1. §. 10. verb.* Capitulum. *& verb.* Canonia (k) Mohedanus *de Privileg. Decis. 2.* Riccius *par. 2. Collect.* 2451. *vers.* ſed quæritur.

minùs prosit Jus Canonicum, quàm Theologia, (l) ita tamen ut in Scholis Generalibus seu publica Universitate doceant. (m) E contra indigni, ignari & illiterati eligi in Canonicos nequeunt, (n) nec possunt dari dignitates etiam sine cura, nisi prædito bonîs moribûs & sufficientî Doctrinâ. (o) Oportet quoq;, ut in Cathedralibus, ubi id commodè fieri potest, sit Canonicus Pœnitentiarius in Theologia vel Jure Canonico Doctor, aut Licentiatus, ætatis 40. annorum completorum, (p) sive ille sit gremialis, suâ Præbendâ provisus, sive *Supernumerarius*, qui à Papa, sive *Honorarius* seu *Titularis*, qui ab Episcopo creantur, constitutus. [q] Quanquam autem per assecutionem Canonicatuum, omnia Jura Canonicalia suis cum prærogativis acquiruntur ex fructibus, (r) ex eo tamen dationes aliquæ, solutiones, donationes, aut compensationes, & ùt vocantur *Lucra Turnorum* prætendi nequeunt, nam hæc illicita sunt, non obstante quacunq; etiam immemorabili consvetudine, (s) nisi forte sit usus convertendi in Ecclesiam & augmentum Cultûs Divini, quod circa apprehensionem Canonicalis possessionis præstatur. [t] Quia item major est communio cum Canonicis, quàm cum aliis, [u] ideo eô non attentô, quòd Canonicus Parochus anteferatur Concanonico simplici, [w] vel quòd Canonicus creatus à Papa, cæterîs paribûs præferendus sit alii Collegæ ab inferiori facto, [w] vel quòd majores Canonici anteponendi sunt Junioribus; [x] omnes& singuli sicut Statuta Capituli ex vi

præsti-

(l) *c. fin. de Magistr.* Jacob. Benni. *de Privileg. Jure Consultorum par. 1. privil. 15 n. 4.* (m) c. *Tuæ fraternitatis. de* Cleric. *non residen. c. 2. de Privil. in* 6. (n) Conc. Mogunt. *IV. cap.* 36. (o) Conc. Trid. *d. sess. 24. cap. 12. de Refor.* (p) *Idem* Conc. Trid. *sess. 24. cap. 8.* P. (q) Archid. *in c. Gratia. fin. de Rescript.* Pyrrh. *in Praxi lib. 2. cap. 5. n. 88.* (r) Abb. *in c. Dilectus. de Præb. n. 7.* (s) *c. Jacobus. de Simonia.* PIUS *Constit.* Durum nimis. *prid. Calen. Julii 1570. &* Conc. Trid. *loc. cit. cap.* 12. (t) *S. Cong. in una Segobien. 11. Jul. 1590.* Fagnanus *in c. In ordinando. de Simon. n. 4.* (u) Abb. *in c. Ad audientiam, n.* 8. *vers.* aut pro servitio solius Episcopi. (w) Lancellot. *Instit. Jur. Can. lib. 1. tit. de Elect.* §. *Quod si. verb. de* auctoritate. Mascard. *de Probat. Cons. 998. n. 12.* (w) c. *Si à Sede. de Præb. in 6.* Clemen. 1. §. *Neutro. Ut lite pend.* Bart. *in l. 1.* C. *de Albo scriben.* Boer. *de Auctoritate Magni Consilii n. 81.* (x) Abb. *in c. Auditis. de Elect.* Maran. *in præm. suæ Prax. n. 8.*

præstiti juramenti æquè ac concorditer servare, (y) ita se mutua charitate, ùt Fratres in Domino diligere debent. (z)

COROLLARIUM V.


CAnonicatus Honor est & onus [a] ideo nudum nomen non facit Canonicum, sed opus: quod in tribus versatur, scilicet in Choro, in Altari, & in Capitulo; [b] virtute ergo & meritis præcellant, qui alios Dignitate præcedunt: (c) & sicut in ampliori honore super tot de Clero positi sunt Canonici, ita ex vi Statûs, Nominis & Officii, ad sanctiorem vitam ac majorem laborem sunt adstricti, (*d*) hoc unicum anhelantes, ut omnia ad laudem

DEI,

fiant. (*e*)



... Mancin. *de juram. par. 4. eff. 177. n. 2.* (z) *arg. c.* ... *quæ fiunt à Prælatis. c. Accedens. Ut lite non contest.* ... *ituli sede Vacante cap. 15. n. 10.* (b) Hom ob. *d. statu vi-* ... (c) *arg. Can. Vilissimus. 1. q. 1. & Can. Ante omnia. dist. 40.* ... *q. 1.* (e) *c. 1. De Offic. Custod.*



... E MISSU

... *stris & Admodùm Reverendi Domini.*

CASIMIRI

...PLOWSKI,

...is & Professoris, Collegæ Majoris, Facultatis ...ocancellarii, Ecclesiarum Collegiatæ S. Floria... ...m Decani, Parochialis S. Jacobi Casimiriæ Præ... ... Approbandorum Examinatoris Synodalis, Li... ...covienſem Ordinarii Censoris, Seminarii Episco... ...i & Contuberniorum Geloniani, ac Sisiniani, ...scianarum & Alumnatûs Roszczeviani Provi... ...is Universitatis Cracoviensis Vigilantissimi

...ECTORIS.

præstiti juramenti æquè ac concorditer servare, (y) ita se mutua charitate, ùt Fratres in Domino diligere debent. (z)

COROLLARIUM V.

CAnonicatus Honor est & onus [a] ideo nudum nomen non facit Canonicum, sed opus: quod in tribus versatur, scilicet in Choro, in Altari, & in Capitulo; [b] virtute ergo & meritis præcellant, qui alios Dignitate præcedunt: (c) & sicut in ampliori honore super tot de Clero positi sunt Canonici, ita ex vi Statûs, Nominis & Officii, ad sanctiorem vitam ac majorem laborem sunt adstricti, (d) hoc unicum anhelantes, ut omnia ad laudem

DEI,

fiant. (e)

(y) c. *penult. de Jure jur. Mancin. de juram. par. 4. eff. 177. n. 2.* (z) *arg.* c. Quanto. c. Novit. *de His quæ fiunt à Prælatis.* c. *Accedens. Ut lite non contest.* (a) Pavin. *de Potest. Capituli sede Vacante cap. 15. n. 10.* (b) Hom. ob. *de statu vitæ humanæ par. 1. n. 22.* (c) *arg.* Can. *Vilissimus. 1. q. 1.* & Can. *Ante omnia. dist. 40.* (d) Can. *Nec sufficere. 8. q. 1.* (e) c. 1. *De Offic. Custod.*

PERMISSU

Magnifici, Perillustris & Admodùm Reverendi Domini.

D. M. CASIMIRI

STĘPLOWSKI,

Sacræ Theologiæ Doctoris & Professoris, Collegæ Majoris, Facultatis Theologicæ Decani & Procancellarii, Ecclesiarum Collegiatæ S. Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Decani, Parochialis S. Jacobi Casimiriæ Præpositi, Ordinandorum & Approbandorum Examinatoris Synodalis, Librorum per Diœcesim Cracoviensem Ordinarii Censoris, Seminarii Episcopalis Academico-Diœcesani & Contuberniorum Geloniani, ac Sisniani, tum Classium Novodvorscianarum & Alumnatûs *Roszczeviani* Provisoris, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Vigilantissimi

RECTORIS.

Wycożk Historyi Polskiey

Zdanie swientne i pamientne
/Olszanowskiego/
na pochwałe Jana Sobieskiego
3. Krola Polskiego mowi że miał
szczęscie Cezara, Potenge Augus-
ta, sprawiedliwość, Trajana
Łaskość Titusa wielgość Konstan-
tyna pobożnośc. Graciana wien-
cznoś Teodosiusza.
Głod za Augusta 2go Widzieć by-
ło po miastach, miasteczkach wsia-
ch Ludzi Kupami porenka uli-
cach leżących a od głodu umiera-
iących matki dzieci porzucały
na drogach gosciniach niemaiąc
ich czem żywić a niechcąc naich
smierć z głodu umieraiących patrzyć

Diocleciano et maximiano.

sectio 3:

De lege humana

Q. Quid est jus gentium?
R. Jus gentium est, jus ab o
Gentibus, usu et consuetu
legis habente introduct
est jus non scriptum quod
nationum consensu et
vim obligandi habet. sic ad
tium spectat divisio et prop
norum. Quare jus gentium
dam lex humana virtualiter
valenter.
Q. Quid est lex positiva?
R. Lex positiva est ea quae liber
latore est lata, et aliter prom
quam per lumen naturale
~~per lumen naturale~~ aliqu
externo v.g. sive voce sive scrip
Q. Quid est lex mere positiva?
R. Lex mere positiva est ea quae se
statuit aliquid, Quod non est sic sta
jure naturali, sed quod jus natu
permitit, v. statuit v.g. ut lex
comescionem, seerlarum